

1
2
Cat. 99
LVCII FENESTELLAE DE ROMANORVM MA-
GISTRALIBVS LIBER INCIPIT.

Mn̄um deorum quos uetus Romanorū re-
ligio excoluit prima pani liceo: seu faunum il-
lum: seu potius siluanum uocari placet per lu-
percos rem diuinā lupercalesq; ludos fecisse
apud uetustatis assertores constat: ea quidem
sacroꝝ genera ab Euandro rege: qui ex arca-
dia p̄fugus in eum locum uenerat: qui tandē
romanæ præfuit arci ad nostros primum delata: ac celebrata fu-
isse feruntur. hunc pana nudos pastores: quorū tūc p̄cipuum nu-
men fuit: ac deinde quos summos etiam uiros uenerari mos fu-
it: loracq; pro manibus ferre: quibus quosq; cederent: laruisq; te-
t̄as facies portare. Cur autem nudi hunc deum colerēt: pleraq;
e curriculo uetustatis ad nos usq; delapsa referūtur: siue. n. q; ip-
si deo alios fingitur suæ celeritati eo pacto lōge aptior nudos eti-
am habere ministros placeat: siue q; arcades omnium populo-
rum: qui græciam coluerunt longe uetustissimi feris adhuc simi-
lem uitam siluis ac montibus agētes legis exptes artiscq;: primo
hunc deum uenerari patrium cultum auitosq; nudos habitus si-
gnantes referre uoluerunt: haud satis constat: Nōnulli uero Io-
lem uxorem Herculis ab hoc fauno uisam: ac per ardorem libi-
dinis concupitā asserunt forte. enim per siluas & amœna nemo-
rum æstus leuandī cā una cum dilectissima cōiuge Hercules ua-
cabat: uidet ergo elegantissima forma mulierem ab altæ ru-
pis specula senex deus: ergo illoꝝ uestigia eminus licet obserua-
re instituit illi aut per siluas ducendæ nocti aptissimum perunt:
interca mulier dum quiescendi t̄ps aduenit: pellem leonis Her-
culis ritu de more aptat humeris: claua etiā illius manu assūm-
pta tali habitu præditam somnus aggreditur: erant aut duo pa-
rati coniugibus lecti: eo q; postridie libero patri rē diuinam sa-
cturi erant seorsum cubituris. noctu ergo Siluanus fallēdi custo-
dis occasionem nactus clam thalamum ingreditur: primoq; cō-
gressu fortunatus futurus puellæ torum tenet: manuq; tentans
ut noctu sit: horridum leonis tegmē inuenit: ratus ergo cubare

ibi Herculem ad aliud cubile ire pergat. quod cum sensisset me-
libus stratū puerilibusq; delitiis aptius stragula ueste senū amo-
ta: dum libidine ardēs manu palpat Herculem: ac uix dum h-
ei corporis horrorē hauserat: experrectus Hercules manu re-
ctum toto antro fusum iaculat: quo pro strepitu somno puella
discussa luia accersit. lumine ergo siluano pdito lusus ac semiru-
ptus uix attollens humo humeros in siluas detrusus: ea ergo ra-
tione perpetuo execratis uestibus: qbus tam turpiter lusus esset
easdem suis a sacris procul absore constituit. pleriq; tñ huiusce
rei cām assignant romulo: q eadē sacra celebrante medioq; so-
lis ardore corpus exercente: cū nunciatum fuisset latrones præ-
das agere: ita ut erat nudus accurrit: cōprehēsisq; pdatoribus pe-
cora abacta redemerit: eius facinoris q nudus gesserat perpetuū
argumentū corporis sacra celebrātium nuditatē esset: placuit ut
cūq; sese res habuerit in tpa tm usq;. C. Iulii huiuscemodi obser-
uationē peruenisse constat. ea. n. sacra cum sedens Cæsar dicta-
tor spectaret: atque inter eos qui solēnia celebrarent: curreret:
Marcus Antonius is qui postea triumuir fuit: aiunt lauream co-
ronā cui diadema annexum esset capiti Cæsaris iponere cona-
tum fuisse: q cū cæsar amoto capite reiecisset statuæ ipsius cun-
ctis frementibus imposuisse: de noīe uero lupcaliū non etiā sa-
tis conuenit: plerisq; .n. inditum hoc nomen: q huius inuocati-
one lupi a stabulis arcerentur uisum est. Alii templum ipsum i-
quo hic deus colitur: lupercal uocāt: quo circa Vir. Et gelida in-
quit monstrat sub rupe lupercal: eiq; loco a lupa romuli nutrice
q eo in loco romulū & remū paruulos educare reperta sit: fa-
ctum nomen lupercalis putant. Nec desunt qui a licæo arcadiæ
monte ubi p̄cipue ea religio puiguit: eū quem nos lupū illi lycō
uocant: ipm cognominatum esse arbitrentur. p̄cipuam uero hu-
ic deo dicatisq; sacerdotibus uenerationem ea ex pte tributā se-
runt: q q̄ mulieres ex suis uiris uel cōcipere uel cōceptos foetus
edere nequirent. ad lupos confugiebant. q̄ ubi loris ex tergo
hirci sectis cæsæ fuissent: e uestigio grauidæ aut effoetæ efficie-
bantur. hæc solennia quintodecimo .kl. februaras celebrari. ut
Quidius in fastorum libris refert. moris fuit.

De potitiis & pinariis Herculis sacerdotibus.

F Adem tempestate Euandro .i. palatium tenente Herculem Gerione interepro per eadem loca mira specie bouum armenta ab egisse comemorant, ac cum ppe tiberim fluuium quia prae sese armentum ferens trāsie eisset loco ubi herbido reficeret boues: ipseque in itinere defessus pcubuisse: & eundem uino ciboque grauatum sopor oppressisset. Cacus pastor loci accola uiribus ferox captus pulchritudine bouum praedam auertere instituit, ac ne si pdam agendo in speluncā compulisset uestigia ipsa eo querentem dñm ducerent aduersos eximiū queque pulchritudine i speluncā traxit: Hercules uero ad primā aurorā somno excitus cū gregem plustrasset oculis: partēque numero abesse sentiret, prexit ad pximam spelūcam si forte eo uestigia ferrent, q̄ ubi oīa foras uersa uidet: nec in partē aliam ferre confusus, atque incertus animi ex īsenso loco agere porro armentum coepit, inde cum actae boues forte ut sit ad desiderium relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca bouum uox Herculem conuertit: quem cum uadentem ad spelūcā Cacus ui prohibere conatus esset: ictus claua fidem pastorū ne quicquē inuocans morte occubuit, Euander qui tunc temporis ea ex pelopōneso profugus auctoritate magis q̄ imperio regebat loca uenerabilis uir miraculo litterarum rei nouae inter rudes artium homines: uenerabilior diuinitate matris carmētae: quam fatiloquam ante sibylle in italiam aduentum mirate gentes fuerant: concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestae caedis reum excitus: postq̄ facinus facinorisque cām audiuit: habitam formamque uiri aliquanto ampliolem angustiolemque q̄ humanam intuens: rogat qui uir esset ubi nomen patremque ac patriam audiuit. Ioue nate hercules salue inquit te mihi mater ueridica interpres deum aucturum caeleste numen cecinit, tibi que aram hic dicatam iri: quam opulentissimam olim in terris gens maxima uocet tuoque ritu colat, dextra Hercules data accipere se omen impleturum se fata ara condita ac dicata ait, Ibi tū primū boue eximia capta de grege sacru potiriis ac pinariis q̄ tū familiae maxime iclitae ea tenebat locat dedit, factū forte ita euenit ut potirii ut ait Liuius, ad tps psto essent hisque extra appoe

rentur pinarii extis adhæsis ad cæteram uenirent dapē. inde istitutum mansit donec pinariū genus fuit ne extis eo solemniū diem uescerentur potitii ab euandro edocti antistites per multas ætates huius sacris præfuerunt: donec tradito seruis publicis solēni familiæ ministerio potitiorum ac pinariorum omne genus perit. Id enim Apius claudius cum esset censor effecit hisce familiis insensus: ob idq; ira deorum ut creditur luminibus orbatus est.

De sacerdotio fratrum arualium.

Ratres aruales ut fruges ferrent arua ueteres consulaisse romanos memoriæ traditum est. huius uero religionis romulum ipsam partem urbis auctorem extitisse reperio: Nam cum Acca laurentia nutrix romuli corpore suo quæstum in uulgus faceret: eoq; pacto grandē pecuniam cōstipasset: ex duobusq; liberis: quos susceperat: unum morte amisisset. Romulum in demortui locum adoptionis iure substituisset: decedens tamē populum Romanū instituit hæredem: cuius tandem liberalitatis regias affinitates memor populus. ro. mulieris nomen in fastis rettulit: liberos fratres aruales a ferendo: & ab aruis appellauit: ex quo tpe sacerdotiū mansit fratrum arualiū: hisq; .xii. numero fuisse dicuntur: eiq; sacerdotio in insigne tribuit albas infulas & spiceam coronam.

De auguribus.

Odem fere tpe & disciplina & religio augurandi ex etruscis: penes quos ea disciplina præcipua, ac lōge peculiaris fuit ad romanos cōmigravit: uirū. n. quempiam cuius nomen uerustate obsoleuisse Naso poeta ait: asylli ut arreor alliciente inductione exulem etrutia romam uenisse perhibent: cuius opa romulum remūq; usos cum de imponendo urbi nomine una contenderent opinione deducori q̄q̄ M. Cicero in his libris: quos inscripsit de diuinatione etiam ipsum romulum istā ipsam auguralē disciplinam percoluisse asserit: a Numa uero qui romulo successit ppetuum sacerdotii insigne constitutū est de ritu uero inauguraēdi: si unū in casum præraç dixerō: eadē ad oēs cæteros facile ferri poterunt: ea quidem quantū ex uetere monumentis collegi: huiuscemodi fuit obser

uario. augur in arce siue in editū quendam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem meridiem uersus: atq; ad leuam sedens baculum in manu recuruum: quod lituum uocant: tenet. Inde ubi prospectu in urbē agrūq; capto deos precatus regiones ab oriēte ad occasum determinat: dextras ad meridiem leuas ad septētrionem partes esse dicit. signum quod cōtra oculi conspectum longissime ferunt animo definit: tum lituo in leuā translato dextra in caput eius: qui inauguratur posita ita precat̄ Iupiter pater si fas hunc Numā pompiliū: cuius ego caput teneo regem Romæ esse uti nobis signa certa ac clara sint eos fines quos feci: tum peragit urbis auspicia: intra quæ mītri uelit: quibus missis nūma de templo ita .n. designatas lituo æthereas regiones uocant: declaratus rex descendit: quā quidem declarandi seu inaugurandi regis formulā ad cætera quoq; ut dixi trahi facile licet. Huic disciplinæ pitia Actii nauil auguris permultū fidei auctoritatisq; accessit. Nam cū Priscus Tarquinius aliqua preter maiorū instituta inaugurato mutare: pleraq; etiam de nouo condere pgeret: negare Actius nauilus inclitus ea tempestate augur inauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota ludēs artem ut ferunt agēdum inquit diuine inauguria: fieri ne possit quod ego nunc mente cōcipio. Cum ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset: Atqui hoc animo agitauit inquit nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc & perage quod aues tuæ fieri posse portendunt. tum illum incunētanter discidisse cotem ferunt: statuamq; Actii nauil capite uelato: quo in loco res acta est in comitio in ipsis gradibus ad leuam positam fuisse: coteq; eadem cum illa ipsa nouacula in manibus posita: ut eius rei etiam apud ueteres monumentum existeret. Auguriis ergo sacerdotioq; augurum: ut ait Liuius: etiamq; in libris de diuinatione Cicero tantum auctoritatis & uenerationis accessit: ut nihil domi forisq; postea nisi auspicato gereretur: Et ad sapientiæ nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdotium deferūt. & cum Tiberius gracchus pater tiberii & C. gracchorū comitia cōsularia habuisset: dicerentq; etrusci augures rem in augurio experti uicio cōsules creatos fuisse: Gracchus ut ineptos insanosq; etruscos in cesseret abiens in prouinciam senatui rescripsit ueridicos: non

autem insanos etruscos esse: qui consules presentes uiclo a se creatos dicerent. nam cum se collegissent, meminissetque se locum tabernaculo extra pomerium propter maiorum consuetudinem deligisse. quamobrem abdicare se senatui compulsi sunt. Ut autem ueneratio huic ordini auctoritasque. ita & numerus ipse adeo creuit. ut collegium augurum coleretur. nam cum ab initio tres tantum creati coepissent. ex quibus scilicet tribubus Ramnensium Ticiensium & Lucerum. & obtinisset cum mutaretur numerus impari tantum numero creati: utcumque tamen id fieret quattuor numero propter maiorum consuetudinem creati coepti sunt. tandem cum plebs quorumlibet honorum partem suam senatu & in foro nacta esset. per tribunos egit. ut ad sacerdotia quoque uelut ad caetera cursus aperirentur. idque post multa certamina uariasque seditiones obtinuit. ut ad quattuor. scilicet patritias quinque ex plebe adicerentur. factumque hoc fuit Marco Valerio & Quinto Apuleio consulibus.

De flamine diali:

Laminem dialem primus Numa pompilius romae rex creauit. cum antea reges pontificumque regumque promiscue munera obirent. ut de Priamo & Aenea apud Virgilium cernimus. rex etiam Annius ut idem poeta ait. rex idem hominum phœbius sacerdos fuit. idque etiam a minoribus tamen ut a. C. Caesare diuo Augusto multisque deinceps principibus. quos pontificatus maximi titulis insignitos uidemus. obseruatum est. Ceterum Numa plures in urbe Romuloque sibi similes reges fore ratus. qui relicta religionis cura bellorum potius negociis detinerentur. Sacerdotes quos quattuor appellauit flamines qui rei diuinæ iugiter adiecti essent multis deorum alligauit. Flaminem unum Ioui: quem dialem uocant. Marti duos. Quirino unum. dictus autem flamen dialis est. ut Varro ait. quod in latio capite uelato erat. & caput filo lanæ precinctum habebat. a quo flamen appellabatur. Dialis autem a Dioue: quod est iuuans deus. Caeteri flamines eius cui praesident numini decorantur titulis. Hunc Dialem praesertim insigni ueste currulique sella adornauit hic solus ut Varro ait album habet gallerum. uel ex eo quod maximus est. uel Ioui imolationem alba ueste fieri oportet.

reat. pleraque etiam huic pontificio iure tributa sunt. A. Gellius
 in commentariis noctiam atticarum scriptum reliquit equo. n.
 uehi flaminem est religio. Item iurare dialem fas nunquam est. igne
 e flamma nisi ubi sacrum est efferri ius non est. uinctum si aedes
 eius introierit solui necessarium est. & uincula per impluuium in
 regulas subduci: atque inde foras mitti debent. nodum in apice
 atque in cinctu. neque in alia parte ullum habet. si quis ad uerberan-
 dum ducatur. si ad pedes eius supplex decubuerit. eo die uerbe-
 rari piaculum est. capillum dialis nisi qui liber non est detonsit.
 capram & carnem incoctam & hederam & fabam neque tangere
 diali mos est. neque nominare. propagines e uitis altius preten-
 tis non succidet. pedes lecti in quo cubat luto tenui circumlitos esse
 oportet. & in eo lecto cubare aliquem fas non est. ungues dia-
 lis & capillorum presegmina subter arborem ilicem terra operiun-
 tur. neque ad eius lecti fulcrum capsam esse cum strue atque ferro
 fas est. dialis quotidie festalis sine apice: sub diuo autem esse lici-
 tum non est: sub tecto utiliter etiam & a pontificibus constitu-
 tum farinam fermento ibutam attingere fas non est. neque tunicam
 intimam: nisi in locis exuisse sub caelo tanquam sub oculis Iou-
 is nudus ne sit in conuiuio eius haud quisquam nisi rex sacrificulus
 accubabit: matrimonium flaminis nisi morte dirimi non est fas
 locum ubi bustum sit nunquam ingreditur. hos flamines cum ab ini-
 tio consecrantur. captos duci a patribus uelut ab hostibus mos
 fuit. totidem uero flaminibus quot deos colerent usos ueteres. M.
 Varro in his libris quos inscripsit de origine linguae latinae te-
 stis est. ut dialem. martialem. quirinalem. uulcanalem. furua-
 lem. & falacrum. & praeterea quod plures qui ut nostrum inter sa-
 cerdotium gradus non nihil interest. ut episcopum. archiepisco-
 pum. cardinalem. patriarcham. & metropolitanum. ita apud il-
 los flaminium. prothoflaminium. & archiflaminium differentiam
 fuisse idonei testes sunt.

De Vestalibus uirginibus.

Estalis uirginem cultus quemadmodum pleraque
 omnia Numma pompilius intulit. & si eius initia
 usque adeo uetera sunt. ut ex troiana ab albanos.

Aenea duce longe cōmigrauerint: cuius rei meminit Virgilius his uersibus: Sic ait & manibus uittas uestāq; potentem: Aeternūq; aditis effert penetralibus ignem: deā huic uestāe quā terram esse eandemq; deorū matrem uolebant: ppetuo uigil ignis consecrari solebat eius obseruationi ac cultus plerāq; uirgines e primioribus patrum electā p̄fici: quā negligentia si forte sanctus ignis restinctus esset: flagris a pontifice maximo caedi iubebantur: ut a P. Licinio Crasso p̄tifice maximo in eam quā negligentius ignem custodierat Valerius scriptū reliquit incēsa uero crimine damnatam uiuam suffodi institutum est: uirginē uestalem ut Labeo antistius scripsit minorem q̄ sex annis: maiorem q̄ annis decem natam negauerūt capi fas esse: Itemq; nō patrima sit & matrima. Itemq; & quā lingua debili sensuq; aurium diminuta eēt: alia nec corporis labe insignita sit: Item cuius parentes alter amboue seruitute seruiuerūt aut in negociis sordidis uersantur: eāue cuius soror ad id sacerdotium lecta sit: excusationem mereri aiunt. Itē cuius pater Flamen uel augur: aut qui decēuir sacris faciūdis: aut qui septēuir epulonū: aut alius ē: sponsāe quoq; pontificis & regis sacrorū filiāe uacatio a sacerdotio isto tribui solet. neq; eius legendam qui filiam domicilium ī italiam nō haberet constitutū est: ut Capito Atheus scriptū reliquit: & excusandā eius qui liberos tres haberet: itē edicto praetoris uirginem uestalē dialcūe non cogi saepe rescriptum est: uerba praetoris haec sunt: uirginem uestalē: & flamineam: dialcū ait praeco: in omni mea iurisdictione iurare nō cogam. de eligenda aut uirgine uestali haec obseruata sunt: lege papia cautū est ut arbitrato pontificis maximi uiginti e populo uirgines legerentur: sortitioq; ex hoc numero fieret in cōtione: ceterū inq; ea lex uetustate ut plerāq; aliā exoleuit: satisq; ei lectioni fieri coeptum est: siquis honesto loco natus p̄tificem maximum adeat: offeratq; ei ad sacerdotium filiam: cuius duntaxat saluis obseruationibus religionis ratio haberi possit: gratiam enim papiae legis per sanctum fieri aiunt. hanc uirginem a pontifice maximo uelut ab hostibus capi moris fuit: uerba autem quibus tūc p̄tifer utitur haec sunt: sacerdotem uestalē sacra facereque iussi. pro populo. ro. q̄ritibusq; uti optia lege fuit: ita te amata capio amatae

5
enim nomine appellari omnes consueuerunt: quod ea quae prima
capta est a Numa rege fuisse hoc nomine perhibeat: simul atque
igitur capta. atque in ea arce uestae deducta est. illico sine emanci-
patione. ac capitis diminutione exit patriam potestatem & ius
testamenti faciendi adipiscitur. In commentariis autem labeonis
quos supra duodecim tabulas composuit. ita scriptum repertum:
Virgo uestalis neque haeres est cuiusque intestato: neque intestatae quis-
quam. sed bona eius tunc redigi in publicum aiunt.

De salis Marti dicatis.

Inter caetera sacrorum instituta genera a Numa rege a
posteris etiam in honorem habita id quidem in mino-
ribus fuit: quod Marti scilicet graduuo uouit. duode-
cim enim ad haec uiros legit. quos a soleni saltu. quo
in sacris utebantur salios appellauit. his alios duodecim Tulli-
us Hostilius mox adiecit cum romanis in aciem contra sidentates
eductis albani a romanis per speciem proditiōis duce Merio de-
fecere. datum autem his supra tunicam insigne aeneum pectori regnum
caelestiaque arma. quae uocantur ancilia portare: ac per urbem ca-
nentes carmina cum tripudiis solenni quoque saltu incedere institutumque
ut in fine omnium carminum suorum Mamurium appellarent: hunc
Mamurium inclitum ea tempestate fabrum fuisse: & cum ancile cae-
lo lapsus esset Numa pompilio quiribusque rem diuinam age-
tibus: huic Mamurio negocium datum est complura huius similia
ancilia effingendi tradunt quod quidem opus cum ille exquisitissi-
ma absoluisset arte optionem utrum a se uellet postulari artificii Nu-
ma obtulisse: quod ex eo peteret. nam exhibiturum artificem uero
non pecuniam sed gloriam pro mercede petuisse. quod eius nomen a
salis in finem quorumlibet carminum recitaretur: idque per multa tem-
pora in sacris & coitiis: ut ait Liuius: obseruatum est. eo autem hu-
lus ordinis sacerdotum numerus creuisse: ut ad collegium & collegii
sacerdotum magistratum redacta fuerit.

De collegio pontificum & pontifice maximo:

Ontifices ut pleraque alia sacerdotia ab ipso Numa or-
tos apud Liuium satis constat. eisdem diu propter a patri-
bus creari non licuit. fuerunt autem ab initio hi numero
quattuor. postquam uero maximorum quorumque hominum

partē plæbe tribunitiis rogationibus optinuit ad sacerdotia quo-
q; sacrosanctasq; potestates patere sibi aditū uoluit. quattuor er-
go alios creari ex plæbe pontifices placuit. M. Valerio & Q.
Apulcio cōsulibus oibus unus p̄fectus fuerat a Numa pompilio
isq; pōtifex maximus appellabat̄. hic h̄c ex se sacra omnia scri-
pta exsignataq; quibus hostibus: quibus diebus atq; templa sa-
cra fieri deberent: eiusmodi q; diuinis in rebus uñ erogandæ pe-
cuniæ sumptus fieri debeat curæ pontifici est: cæteraq; oia sacra
publica priuataq; sacris pontificis subiecta sunt: cum uero de reli-
gione de sacris dissensio est: populus illum cōsulere pergīt: puti-
le illud fore ratus est. Pompilius eius sacerdotii auctor ne ius di-
uinum negligendo patrios ritus peregrinosq; asciscendo turba-
retur: nec cælestes modo cerimonias deducere: sed iusta quoq;
funebria placādoque manes quoque eiusdem pontificis apud eū
quoq; tabula esse dicitur. in qua solis & lunæ defectus quotiens
lumini caligo sit: & anni mensiumq; fastoz rō perspicitur. Pon-
tifices ut Varro ait. Q. Mutius Sceuola a posse & facere appel-
latos eē dicere solebat. sed ea denominatio a. M. Varrōe: haud
satis p̄bari uidetur. nam & a pōte & facio pontifices appellatos
purat: eo q; ab his primum pōs sublitius factus: ac sæpe restitu-
tus esse perhibeatur.

De feciali sacerdote.

Ecialis sacerdotii nusq; apud romanos uetustiorē usum
fuisse q̄ Tullo Hostilio Romæ regnante repperi: quem
tamē ut ab Hostilio creatū nō affirmauerim: ita ne qui-
dem negauerim a Numa Pōpilio omnium religiosissimo: rege
creari potuisse utcūq;: id tandē fuerit de nomine priusq; de. M.
Valerio feciali regnāte Tullo Hostilio apud Liuium mētio est:
feciales uero partes in eo uersabantur ut fidei publicæ inter po-
pulos præesset: neq; iustum aliud bellū fore cōsebatur: nisi id p̄
fecialem fuisset indictū. cū uero pugnare desitū est foedere fides
pacis cōstituebatur: quæ foedera aliunde sidera appellata ab En-
nio: q; fidei faciundæ cā traducta sunt. M. Varro testis est fecia-
l̄q; ip̄m a fide & faciendo dictū esse idem existimat. forma ue-
ro feriendi p̄ fecialē foederis huiusmodi ē qua nullo ut Liuius pla-
cet uetustior esse memoratur. Fecialis inquit regem Tullū ita
rogauit: lubes nē me rex cū patre patrato populi albanī foedus

ferire: lubente rege sagmina Inqt te rex posco: Rex ait: puram
tollito: fecialis ex arce graminis herbā puram attulit. postea re-
gem ita rogat. rex facis ne tu me regium nunciū po. ro. quirītū
Rex respondet q̄ sine fraude mea quirītū ue fiat facio. Fit ergo
runc foedus: multisq; id uerbis pagit. Legibus inde recitatis: au-
di inquit Iuppiter: audi p̄r patrāte po. albanī: audi popule albāe
audi ut illa palam prima postreāue ex illis tabulis. cetera ue reci-
tata sunt sine dolo malo utiq; ea hodie rectissime intellecta sunt
illis legibus. po. ro. prior nō defecerit. si prior defecerit publico
consilio dolo malo tu illo die Iuppiter ita. po. ro. ferito. ut ego
hunc porcū hodie feriam: tātōque magis ferito. quāto magis
potes pollesq;. Vbi id dixit porcū saxo silice percussit. eodē mo-
do pars altera per suū sacerdotē suūq; dictatorē pagit. Cū autē
bellum per feciales indicūt hoc more utuntur. fecialis hastā fre-
natam p̄stam aut sanguineā ad fines eorū: quibus bellū indicit
defert: nec minus puberibus tribus p̄sentibus adiicit. q̄ populi
priscorū latinorū hoīes ut prisci latini aduersus populū Roma-
nū quirītū fecerūt: deliqrūt. po. ro. bellū cum latinis priscis si
eret: ob eā rē ego po. ro. populis priscorū latinorū hoībusq; lati-
nis bellū indicō: facioq; ubi dixit hastā in fines eorū emittit: ex
quo bellum iustum esse intelligitur.

De sacerdotio patris patrati.

Atris patrati sacerdotiū & si apud Lūium a feciali haud
differre uidetur: aliquāto ēt lōge absuisse apparet: tñ qd̄
& nomē istius illiusq; atq; offm̄ nō nihil interesse uideat̄
utiq; & de utroq; seorsum dicere uisum ē utcūq; eēt: his descri-
pris nō certe officit imoueri. sed ptes plures dūtaxat adscripseri.
Patris patrati usus eodē tpe: quo fecialis apud ro. pdit: nā & ide
feriēdis a feciali foederibus patris patrati opa auctoritasq; exige-
batur: Ad patrādū. n. idest sancieūdū iuramentū ubi de foede-
ribus cōuenerant: admitti cōsueuere. Creauit autē Marcus Vale-
rius primus fecialis: Sp. Fusium: primū patrē parratū eo bello
qd̄ Tullus Hostilius cū priscis latinis gessit uerbena caput capil-
losq; cingens: alias p̄terea ptes. s. repetēdi p̄ri parrato dedit. An-
cus Martius cū morē ab antiquissima ceculorū gēte repetēs. eius
rei formulā antiquissima ē huiuscemodi legatus idēq; pater pa-

tratus: ubi ad fines eorum uenit: unde res repetunt capite uelato: si-
lo autē lanæ uelamē est: audi iuppiter inquit: audite fines cuiuscūq;
sint gentis nūa audiat fas. Ego sum publicus nūcius. ro. pie iu-
stecq; legatus uenio: uerbis meis fides sit: peragit deinde postula-
ta: inde louē testem facit: si ego iniuste ipse illos homines ullas
res dari. po. ro: mihiq; exposco: tū patriæ compotem nunq; si-
nas esse: hæc confines. hæc quicūq; ei primus uir obuius fuerit
hæc portā ingrediens: hæc forma egressus. Si non dabuntur
quæ exposcit diebus tribus & triginta: tot enim solcnes sunt p-
actis bellum ita inducit audi iuppiter. & tu Iuno: ac Quirine:
dileq; omnes cælestes: uos terrestes: uosq; iferni audite. Ego uos
testor: populum illum quicumq; est nominat iniustum esse neq;
ius persoluere: Sed de istis rebus in patria maiores natu consule-
mus: quo pacto ius nostrum adipiscamur cū his nunciis ad cōsu-
lendum romam uenit confestim rex: dictator: consul: siue qui-
uis alius senatū habuerit ex his ferme pares cōsulit uerbis. Qua-
rum rerum litlum cārum conduxit pater patratus. po. ro. quiri-
tum patri patrato priscorum latinorum hominibus uel priscis
latinis quas res nec dederent nec fecerunt. nec soluerūt quas res
sieri dari solui oportuit. Dic inquit & quem primum sententiam
rogat. quid censes. Tum ille puro pioque duello quærendas cē-
seo. itaq; consentio consisto. Inde alii ordine rogabantur: quan-
doq; pars maior eorum qui aderant in eandē sniam ibant. Bellū
erat concessum fieri solitū. ut feciales in iactu hastæ ut dictū est
bellum indicerent.

De sacrorum rege.

Ex sacrorum quidē sacrificulus dicitur: Creari coeptus est
Iunio Bruto & M. Valerio primis consulibus. eius
creandi occasionē dedit Quod cū nuper exactis regi-
bus pleraq; sacra. a solis regibus obiri consueta regū
exactione uacare uiderentur idq; moleste admodū populus fer-
ret utpote q; cultui diuino regum exactione uideretur derogatū
Sacerdotē creari placuit quē quominus eidē auctoritatis inesset
regio nomine decorauit: sacrorum regem appellantes: subiece-
runt tamen pontifici maximo ne simillius dictioni fuisset suppo-
situs iam exacti reges reducti reges esse uiderētur uel crederētur
q; uno huic partes iniunctæ essent tūc tps minime reperiuntur

De simulacri traiectione matris deorum.

Allos quidem berecynthiam siue illam deorum matrē
g dicere mauiis dedicauit antiquitas eāq; religionē ut ple-
 rasq; alias e phrygia romam reduxit. & eo quidem tem-
 pore quo huiuscemōi carm̄ ex libris sybillis relatum est. Mater
 abest. matrem iubeo romane requiras. Cum ueniet casta accipi-
 enda manu. hoc responsum cum diu torq̄ret patres: quæ. n. ma-
 ter esset. aut unde petenda. non satis reperire poterant phyci.
 Apollinis oraculum consultum misere. missi huiuscemodi re-
 sponsa attulerunt. Diuum Apollo inquit arcesite matrē. quam
 Idæo quidē iugo reperietis. Missi ergo in asiā legati. datū nego-
 ciū ut perquisitū ac tandē cōpertū deæ simulacrū romā reduce-
 rent. Sed cū Atalus rex asiæ cōperti a legatis simulacri traiecti-
 onem negaret romanis frustra iā abire parātibus uocem eisdē &
 creditā esse deæ ferunt. Ipsa inquit peti uolui romā ne. qđ deorū
 oīum dignū domiciliū est deduci. quo miraculo exteritus Ata-
 lus romanis illico simulacri trāslationē cōcessit Mari ergo trās-
 secta romā ut traditū est. cū tiberi nauis simulacro onusta uectā
 tur omni genere hoīum ex urbe prodeunte cū carminibus. sa-
 crisq; in sicco littore adhæsisse serūt. & cū omnis multitudo su-
 nibus inlectis sūmo conatu admittereē. nulla tñ ui auellere hæ-
 rentē ualuit. erat aut in turba romanoꝝ Claudia quinta uestalis
 uirgo p̄stantissime formæ. cuius exquisito habitu multisq; ple-
 no illecebris uiolatae eius uirginitatis publica suspicio circūfere-
 batur. pcubuit ergo puella ad pedes simulacri orans. obtestāsq;
 deā sic inquit. læsæ uirginitatis me reā criminātur. tuum dea te-
 stimoniū uti rem indices q̄so. ut si tuo damnata testimonio dea
 fuerim admīssa morte luā. sin hac labe purā argueris. tū tu ca-
 stissima castas manus prosequere obsecro. Vbi hæc dixit reſte
 qua alligata erat nauis manu arrepta. manu puellæ admodū pa-
 rū conantis facile tractū prosecuta est. hoc pacto in urbē Scipio
 nastica solus dignus cuius manibus tangeretur: recipereturq; si-
 mulachrum iudicatus est: tantum ergo Scipiōi negocium: ut tē-
 plū deæ magnifice struerent & eius cultui sacerdotes dedicaret
 quos more deæ uetusto spadones oportebat nō alio pacto ad id
 sacerdotium legandos. cuius quidem institūti hoc in causa fuisse

comemorant dilexisse cibelem puerum quendam phrygium : dilectoq; hanc conditione adiecisse : ne castitate polluta admitteretur puerum in nympham Sangaride deperisse : & cum apud eam sub arbore ei nymphae dicata una quiesceret nocte dormientes deam arborem cum ipsa nympha trucidauisse adolescentem metu exaimatum in uicinum montem. cui nomen didyma est confugisse : doloreq; amertem pudoreq; admissi facinoris membrum quo deliquerat abscidisse : hac ratione facti dea memor per eiusmodi homines perpetuo sibi ministrari uoluit. Galloꝝ uero nomen a flumine phrygiae uetusto : quod templo huius deae uicinum est tractum ferunt cuius ut ferunt fluuiialis unum ea uis est : ut praeter insanire compellantur. De duumiris sacrorum.

Vumiri sacrorum : quanto monumenta ueterum legendo consequi ualuit : sacris libris legendis carminibusq; sybille fatibusq; populi interpretandis praerant. ut apollinis sacrarumq; ceremoniarum antistites erant. & quoties prodigia magnos aliquos rerum euentus emerisset lectisterniis ad puluinaria deorum factis : ut illorum mias auerterent : supplicibusq; sacris placabant. eorum etiam ritu prosperere gestis rebus dicebantur. huius sacerdotii nullam ante mentionem repperi quam tempore aedes castori per filium Posthumi secundum dictatoris qui tunc duumir dedicatus est. latino. n. bello pater ipse dictator uenerat. caeterum cum multo tempore duo ad hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent. ac plures de suo quoque corpore creare consules pergeret. neque ad id ipsum satis uirum esset. obrinuit tandem ut qui duumiri in eam diem creati fuissent decem uiri crearentur. quinque ex patribus. totidem ex plebe electis. Quare ex duumiris decem uiri appellari coepti sunt. De septemuiris epulonum.

Septemuiratum epulonum quod ut coniectari potest genus esse sacerdotii praesumi est propterea cum de uacatione uestalis sacerdotii agitur filiae auguris. x. uiri sacrorum flammis septem uiri epulonum sacrorum ab hoc sacerdotio excusationem mererentur iter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. utcumque id fuerit quoniam nihil quicquam de hac re mediocri etiam fides auctoritatisque repperi : quod huic ordini officium commissum esset ausus asserere non sui. Plinius tamen cum esset orationem hiturum. cum quasi pro futuros astantes timeret dixit. stabat medio consularis mos septem uiri epulonum. sunt adhuc Romae in pyramide quadrato incisa haec uerba. opus absolutum diebus. Cxxx. e testamento. C. cornelii. tr. pl. epulonum.

8

Ed qm̄ nunc de reliquis magistratibus quæ ad religionē
s non pertinent tractare intendimus: alii quidem homi-
num magistratuū maiores. alii uero minores sunt, qui
maiores qui ue minores essent. paucis animaduertendum est
nā. A. gellius pleraque hac in re ex. M. Messalæ auguris libris
dicta reliquit cuius uerba hæc sunt: patritiorum auspicia in duas
potestates diuisa sunt maximas: pretorū: consulum: censorum
neq; tamen eorum hominum inter se eadem aut eiusdem pote-
statis sunt: ideoq; non sunt censores consulum aut praetorum:
praetores collegæ consulum sunt: ideoq; neq; praetores ac con-
sules censoribus: neque consulibus censores aut praetoribus tur-
bant: aut retinent auspicia: at censores inter se rursus præto-
res consulesq; inter se uitant, eo optinent auspicia. prætor & si
collega consulis est: neq; prætorem neque iure rogari potest. ut
quidē nos a superioribus accepimus ut an hæc tempora obserua-
tum est: & in cōmentario. xiiii. C. Tuditāi patet: quia imperiū
minus pretor maius habet consul & a minore imperio minor a
maiore aut maior collega iure rogare non possunt. nos his tem-
poribus pretores pretore creante ueterum auctoritatem sumus
secuti ne quo his auspiciis in comitio fuimus Censores æq; nō eo-
dem rogantur auxilio auspicioq; consules & pretores: reli-
quorum uero magistratum sunt auspicia. i. illi maiores hi mi-
nores magistratus appellantur. maiores cēturiatus inquit comi-
tiis minores curitū ac tributū fuerit ex omnibus his Messa-
le uerbis inquit manifestum qui sint minores magistratus: & q;
obrem minores appellantur. Sed & collegam esse & pretorem
consuli decem q; eodem auspicio creantur maiora autem auspi-
cia dicuntur hñe. quia eorum auspicia magis rata sūt q; aliorum
Consul ab omnibus magistratibus & cōtione & comititia usq;
quaq; auocare potest: nisi a consule minores magistratus nulq;
neq; comitiatū: neq; cōtione auocari possunt ea de re: q; eorū
primus uocat ad comitiatū. is recte agit. Qm̄ bisariam cū po-
pulo agi nō potest. nec auocare alius alii potest, si contionem ha-
bere uelit uti ne cum populo agantur. quis multi magistratus si-
mul cōtione hñe possint ex his uerbis Messale manifestū ē aliud
esse cum populo agere. aliud contionem habere. nam cum po-
pulo agere. est rogare ad populum, & quod suffragiis suis.

subeat aut ueret: cōtionē aut hēre est uerba facere ad populū sine
ulla rogatione.

De Senatorum origine:

Enatorū originē a Romulo institutā esse nemo am-
biget. quippe. q̄ urbis parens & conditor cum iā no-
uam ciuitatem uiribus & robore iuuenū affatim a se
munitā cerneret. aut minoris momenti fore ratus. si
eandē consilii ope fulsisset. ex primoribus patrū. qui tūc aderāt
ciuibus. centum numero elegit: quos ob honorē patres: ob æta-
tem senatores appellauit: ut apud lacedæmonios senes appella-
ri eos: qui summū quendā magistratum gerunt. C. ait qui uero
ex his primoribus centū patribus geīti sunt patriciū nuncupati
sunt. hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit alba a se di-
rupta: albanisq̄ ī urbē reductis. tū Tullus seruilius quintios: ge-
gāos: clodiosim senatores accepit. exactis autē regibus Brutus
consul exhaustum bonis uiris senatū intuens primores eq̄stris
ordinis ascribi in senatores operā dedit. illosque conscriptos pa-
tres appellauit: ex quo tēpore patrū conscriptoz appellatio lo-
cum hēre instituit penes hos quidē senatores adeo semper tori-
us. r. p. summa innixa est: ut ne reges quod cōsules aut dictato-
res. aut alius quispiā magistratus inconsulto senatu quippiā mo-
liretur. adeo ut cum tarquinus superbus pleraq̄ p̄ter senatus au-
ctoritatem decerneret: tum demū amisso regio noīe tyrannus
appellaretur. Senatores uero triplicis ordinis fuisse repperi. alii
n. patricii: alii pedarii: nōnulli uero cōscripti appellabantur. pa-
tricii sunt hī maxime qui centū illis patribus a romulo lectis ge-
niti sunt. conscripti uero senatores hī qui regum cōsulum censo-
rum ue decreto in senatū lecti sunt pedarios autē senatores uariis
rōnibus appellatos inuenio: alii. n. q̄ hi non haberent sniæ diti-
onem in senatu. sed in alioz sniās pedibus trent dictos pedari-
os putant: alii q̄ essent pleriq̄ qui magistratus curules adepti sel-
la curuli in senatū ueherentur. qui uno pedibus iter facerent. pe-
darii noiabantur. M. aut Varro eq̄tes quosdā esse ait quibus am-
plioribus magistratibus functis nōdū tñ a senatoribus lectis nō
esset ius dicendæ in senatu sniæ: cū tamen in senatu uenire lice-
ret. Sed quas sniās princeps dixerat: in eas descendebāt. De or-

9
dine uero ac rōne consulēdi senatus: quæ hucusq̄ repperi: ea potissimū adducam: aliqn. n. primo rogari mors fuit q̄ princeps in senatu a cēsoribus positus iuerat: nōnūq̄ uero ut essent hi prius rogarentur. qui cōsules designati essent institutum ē. Cicero aut in eo libro quē inscripsit catonem maiorem de senectute tm̄ aliqn senectuti honoris tributū scribit: q̄ ut quisq̄ natu grandior esset: ita prior in senatu sniam rogaretur. usu tandē introductum eē dicit: ut quē consul ipse rogasset: is prior ex snia uerba faceret: aliū tm̄ q̄ consularem uix rogari fas fuisse negāt: ex qua sane cōsuetudine. C. Julius Cæsar in eo cōsulatu quē gessit. M. Bibulo tris dūtaxat uiros extra ordinē rogasse dicit. M. crassū Cn. Pompeiū: & M. catonē post. M. crassum. Cn. Pompeiū ubi filiā sibi in matrimonio collocauit rogare primū cœpit. Cū uero. M. catonē rogaret: atq̄ idem cū consulebatur de re. p. nimis forte diceret longioreq̄ p̄inde oratione uteretur: qua oē se re tps̄ quod ē habēdū senatui tereret: Cæsar uiatorē uocauit. M. q̄ catonē qm̄ finem nō faceret p̄hendi loquentē & in carcerem trahi iussit. Catonem cum imperio pareret: senatus cōsurrexit: & ad carcerem perseqbantur. Cuius rei quasi inuidia motus Cæsar destitit atq̄ emitti iussit: de more autē habendi senatus: M. uarro rogatu Pompeii librū edidit: cū ille primū consul cū. M. crasso fuisset designatus: creditur quia foris militiæq̄ ad eā ætatem occupatus uellet ciuilis cōsuetudinis cuius exps̄ erat fieri prior. Sed eū librum in ipsa Varronis ætate periisse idē ipse in epistola ad Opianicū scripsit: qua in epistola multa scribere Varronem id ḡns. A. gellius in cōmētariis noctiū atticarū refert: primū ibi scriptū fuisse per quas p̄sonas hēri senatum liceret: noīat dictatorē consulē p̄torē. tr. pl. iterregē p̄fectum urbi: neq̄ ullis aliis ius fuisse senatū frequentem iubere asserit: addit deinde ex ordinario iur̄ tribunos militares qui pro cōsulibus essent. itē de cēuiros rei. p. constituēdæ cā creatos cōsulendi senatus habuisse de p̄fecto urbi latinorū ueq̄ senatum. hēre liceret nō satis cōuenire ait qui licere negauit quod ne ille q̄dem scit perinde ius dicēdi in senatu sniæ non hēat in rōnē adducunt: eaq̄ ætate quæ nō dū senatoria sit creari. M. aut Varro. & Atheus Capito ius esse p̄fecto huius senatus habēdi aiunt: qm̄ quidē & .tr. pl. q̄q̄ nō essent senatores ante acciniū plebiscitum ius senatus habendi eēt.

scripserat et de intercessoribus illis ualet ius intercedendi fuisse : quod
uel ea parte uel maiori fuissent is qui senatus consultum aut ple-
biscitum uel aliud decretum rogarent de loco habendi senatus : aut
senatus consulti rogandi nisi in locis augures constitutis : quae templa
appellabant : huius rogari uel posse negabant. unde & curiam hostiliam :
popeiam : & Iuliam cum profana essent templa : per augures sunt constitu-
ta. de tempore uero habendi senatus ita ut dixerit ante exortum inquit so-
lem aut post eius occasum. Senatus consultum irritum esse opus &
censorem fuisse : per quos & quo tempore factum seu consulendum. de aetate
aut senatoria et adolescentibus senatorum senatum ingredi licuisse :
ueterum monumenta legentibus apparet. quominus uero tandem in
senatum illi aetate uenire liceret. Papirii praetatum factum in causa fuit. ut
Valerius Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur constitutum ne cui
paucioribus .xx. & quinquaginta annis nato senatum ingredi liceret. ut apud
Plutarchum in uita Magni Pompeii. Item apud ius civile romanorum :
quo nos est hoc tempore utimur facile conspici licet : Qui uero sena-
tus habiturus est auspicari primo : atque immolare hostiam debe-
re : Item Varro censebat. docuit & de diuinis rebus prius quam de hu-
manis ad senatum esse referendum. Item senatus consultum duobus modis
fieri aut per discessionem. si consentiretur : aut si res dubia esset per sin-
gulum sententiam. de pignore quoque capiendo multa irroganda sena-
tori : quod pro tempore in senatum uenire debuit non intersuerit. Quatum ue-
ro ad senatorum familiam pertinet : senatoriarum personarum appellatio &
uxores contineri decretum est. adoptiuos autem filios & si antequam patres in
senatum essent ducti : sese in adoptione dedissent senatores esse pla-
cuit. si quis autem ex patritiorum ordine plebeio homini se in adoptione de-
diderit : patricium tamen manere cautum est. quam legem ea tempestate nullam
fuisse arbitror. cum P. Clodius uir patricius : quo tempore tribunitia po-
testate fungere : qua in aduersum C. factione uteretur plebeio
homini se adoptandum praebuit. Contra senatorum filiae nisi quae senatoriis homi-
nibus nuptum traditae essent : clarissimi marum feminarum nomine non contine-
rentur : senatoris uero filium a patre emancipatum : & si filii nomen iure
civili amittit : senatoriam tamen retinere dignitatem creditur. Posthumi
autem quis post patris mortem nascitur : senatorii tamen homines appella-
bantur : eum uero qui postquam pater senatu motus est. concipitur : & nascitur
non esse senatoris filium Proculus & Pegasus opinabantur. si quis uero
ante conceptus fuerit : quod eius patris senatu moueret : non nocebat filio

casus patris. quominus senatoris filius censeretur sed si pater ante
 reque conciperet filium senatoriam dignitatem amiserit: ac dein-
 de decesserit. filii autem in aui potestate senatorii reciderent. & si non
 qui senatore patre nati uideantur: senatorii tamen esse censebantur. mulieres
 autem senatoribus primo deinde inferioris sortis hominibus matrimo-
 nio collocatae clarissimaeque ordinis non sunt. Itaque impetrare plerumque
 a principibus solet: ut nuptiae inter inferioribus uiris in senatoria
 nihilominus maneant dignitate: ut dicitur diuum Augustum Iuliae
 meniae consobrinae suae indulisse. Senatores uero senatorio or-
 dine amotos quis capite non minuantur: & ciuitatem retineant: iu-
 dicare tamen ac testimonium dicere prohibet lex iulia repetundarum:

De tribunis celerum equitum.

Tribunos celerum equitum primus romulus creasse fertur: cum
 tres equitum centurias quarum opera in omni rei. p. discrimi-
 ne uterentur: ascripsit eas centurias: Ramnensium: tatiensium:
 lucerum appellauit ramniam a romulo: tatiensium a tatio: luceque ue-
 ro denotatio: ut Liuius placet: incerta est: quos autem tertios his pre-
 cedit uiros: quos ex tribus elegit tribubus tribunos nominauit: fuisse
 autem numero trecentos ait equites: eo quod singulis curiis: quae triginta
 erant: decem ascriuerit. Qui uero celeriter accurrere eos uoluit:
 si quando res. p. illorum opera indigerent: et appellari celeres uoluit. Sunt et
 qui a Celere quodamque primus iis ordinibus a romulo praefectus su-
 erit: Remi interfectore hoc nomen inditum esse opinentur: ut Ouidius
 in libro fastorum significare intelligitur.

De Quaestoribus.

Quaestoribus creatis origo uetustissima est: & ante omnes pe-
 ne magistratus instituti sunt. Gratianus autem in eo libro quem de
 temporibus scripsit: ipsum et romulum & Numam duos habuisse quaestores:
 quos non sua uoce. sed populi suffragio creatos scriptum reliquit
 ceterum ut romulum quaestores habuisse non usquequaque notum est. ita
 Tullium Hostilium regem quaestores habuisse constaret inquit. Qui ue-
 ro publice querendae pecuniae praepositi essent appellatos aiunt. quaestores
 uero aerarii: & urbanae pecuniae curam agere prouincias primis exi-
 gendis uectigalibus sortiri plerique: ut Gratianus dixit epistolis in
 senatu legendis occupari. licet nuncupari candidati principes:
 nonnunquam autem maleficia conquirere quaestoribus negotio
 traditum est: ex quorum exercendis quaestionibus quaestores
 dictos fuisse: Marcus Varro opiuari uidetur.

Quae-
 c ii

stores ut fere omnes reliquos magistratus tam plebeios quam patricios promiscue creari obtinuit: quae potestas quam minoribus ascribere. neque reprehensionem neque uocationem habet: & quemadmodum priuati in ius ad pretorem uocari solent eadem gerendorum. honorum dicendaque in senatu sententiae initium fuisse prohibentur etiam quia de capite ciuis: ro. in iussu populi non erat permittum consulibus dicere: propterea aequitores constituebantur a populo: qui in capitalibus praesentibus rebus ii appellabantur quaeitores partidii. quorum & meminit lex duodecim tabularum.

De interregia potestate

Omulo ergo humanis iam rebus subducto: fluctuantibus praesentibus animis quo pacto rem. p. procurarent: quem in demortui regis locum sussecuri: aut quo tandem pacto essent: ne noua multitudo sine rege ac duce passim uagarentur: ac uiciorum tandem irritatis animis: urbem rectore uacua uis aliqua externa adoriretur: difficultati rerum consulere rati: ceterum patres excedere de curiis singulos ex singulis legunt: qui summam rerum praesentibus. ex illis unum qui insignibus imperii & fascibus esset decernunt. quinque dierum spatium finiretur imperium: eoque pacto uicissim inter se sortiebantur dum orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperii cum iam praesentibus uideretur ac plebs pro uno rege centum sortitam esse quereretur audirentque ea moueri patres: qui uel imperium posciturum esse uidebantur pro spem beneficii ultro offerentes rati summam potestatem populo permittunt: statuunt neue plus iuris ac potestatis futuro regi permitterent: quam apud se retinerent: simul decernunt quem populus ipse regem iussisset: ita demum ratus haberet: ac si patres auctores extitissent. Tum rex concione aduocata quod bonum iustum felixque sit inquit quirites regem create: si dignum qui secundus a romulo sit: creaueritis patres auctores fient: atque ea conditione reges creabant. apud quem ergo summa rerum erat dum regia potestas uacans erat interrex appellabatur. Apud minores uero romanorum cum rei. p. causa abessent consules: neque habendis comitiis interesse possent: sine uicio consules creati essent: si dictatorem comitiorum causa dici non placuisset: res ad inter regem deducebatur, ac per inter regem consularia comitia habebantur.

De duumuiris capitalibus.

I duūuiratus capitalis repetere originem uolueris. usq; a
Tullii Hostilii regis tēpibus erit repetenda. Is. n. bellū cū
albanis gesturus. copias iam e campis in aciē eduxerat.

Tum Metius Suffetius albanorum dux regem romanorum ad
colloquium uocauit ubi in conspectum uenerunt. diu de cōditio
nibus pacis inter eos agitatum est hanc tandem conditionem
inierunt. Erant in exercitu albano trigemini fratres. qui curiatii
appellabānt: ut hi cum trigeminis Oratiis romanis ferro dimi
cant utrius exercitus uictores essent. is populus cum bona pace
alteri imparet. Armati ergo Oratii illic curiatii in campum p
deum diu uario Marte pugnant. ad extremum tres curiatii atq;
ii quidem omnes faucii duos ex Oratiis obruncant tertio inte
gro relicto. Iuuenis ergo iteger corpis animiq; uiribus. ne si stā
do tutari ictus non posset. ābire cāpū instituit. ex curiatiiis q̄ ua
lidior erat metu exaīatū fugere ratus psequi illū ægere licet per
git. Oratius ubi alterū longe ab aliis esse cernit. Curiatiiū aggre
diē. parūq; ualidū obruncat facile: ac currente fratri ferre auxi
lium primo illo ēt infirmiorē: & uix sustinentē arma facilius oc
cidit. Tertiū graui uulnere metuq; graui ore: mīore negocio cō
fodit. Iuueni ergo Oratio oīum consensu gloriosissimus trium
phus decernit. Triūphanti ergo cū oī genus hoīum. tū Oratia
soror uenit obuiā. hęc Oratia alteri ex Curiatiiis forte despōsata
fuerat. q̄ ubi cōspexit. occisi nuper a fratre uiri pēdētes ab hasta
exuuias lamētis & fœmineo eiulatu cōplebat oīa. cuius rei indi
gnatōe sororē interfecit ratus publicā læritiā turbasse. Triūpho
ergo acto Oratius apud regē trahit in carcerē seruādus traditur
ergo oīum snīa Oratiū dānat capite. sed recens tā insignis facti
memoria p multū fauoris a rege ipso sibi uēdicat. Dilatiōe ergo
iudicii rex quæritans: tū primū duos uiros creat. q̄ōnem iudicii
ab se ad illos reicit. qd plura! duūuiri plectendū capite Oratiū p
nunciāt. sed Oratius ab illa snīa populū appellat. res ad populū
iudiciū reicit. Tū uero senis orbicq; triū liberoꝝ parētis lachry
mis & pro conciōe orōnibus acta. insignis actæ rei recenter. me
moria: reū iuuenē populus absoluit. Tum ergo duūuiris capita
libus initiū esse cœpit. unius tñ argumēto triūuiri collegæ facti
sunt: q̄ uero capitalibus q̄ōnibus pēssent. & carceris rez capita
lium agerent custodiā appellati sunt cuius ēt. magistratus i

da mnatione. C. Manili capitolini opa usum. po. ro. Lulus me
nit eorūdem interitu triūviroꝝ in eos qui cū. L. Catilina con-
iurauerāt aīaduersū ē: ut meminit Salustius. De p̄fecto urbis.
E p̄fecto urbis nusq̄ antea q̄c̄q̄ reperitur: q̄ de Sp. lucre-
tii p̄ris lucretiæ prefectura. non tamē alios reges p̄ter tar-
quinum superbū p̄fectos urbi creare potuisse negauerim
quo se se res uertant: cum regibus proficisci opus foret: penes p̄-
fectum urbis summa rex relinquebat̄. ubi autē imperium pro-
pagatum est: totius italiæ iurisditio ad p̄fectū urbis delata est
oīa. n. crimina quæ per totam italiā admittebantur: ut episto-
la diui seueri ad Fabium Cylonem cautum: est p̄fectus urbis
sibi uendicat: in initio uero eius epistolæ ita scriptum est: Cum
urbem nostrā fidei tuæ cōmiserimus: quicquid intra urbē admit-
titur: ad p̄fectum urbis uidē pertinere. Sed & si quid intra cen-
tesimum lapidem admissum sit p̄fecti urbis ad cognitionem p̄-
tinet si ultra centesimū lapidē admissum fuerit urbis p̄fecti no-
tio nō erit audiet seruos q̄ ad statuam confugerint: aut q̄ de dñis
conq̄rantur: q̄ de suo peculio empti nō manumittant̄: audiet
dominos egentes: & qui se ægros esse dicant: desiderentq̄ sibi a
liberis suffragium impendi. Relegandi etiam deportandiq̄ in i-
sulam potestatem p̄fectus huiusmodi obtinet. Si quis autem
seruū suū in uxorem suam adulterium cōmisisse asserit apud p̄-
fectum urbis erit audiendus neq̄ est alienū ab eius potestate: ut
coram ipso interdici q̄d̄ ni clā exercetur. Solent itē ad p̄fectū
urbis tutores curatoresq̄ remitti qui male in tutela curaq̄ uersa-
ti fuerant: q̄q̄ grauiore aīaduersione q̄ ut suspectorum crimē in-
currant idigent seu quos probari possit datis nūmis tutelā occu-
passe. seu accepta mercede opam dedisse. quominus idoneus tu-
tor assignaretur alicui uel consulto circa edendum patrimonium
eius q̄titatē minuisse. siue euidētī fraude pupilli bona alienasse:
Id quoq̄ iniunctū est huic magistratui a diuo seuero. ut manci-
pla tueatur ne prostituantur. Curare præterea p̄fectus debet: ut
nūmularii probe se agant circa suæ professionis negocia obeun-
da: rēp̄ctq̄ ab iis q̄ leges non admittunt. Si autem patronus se a
suo liberto aut docuerit aut contumeliosum sibi libertū quera-
t̄ siue se conuitium ab eo passum liberum ue suum: uel uxorem
aut quid simile obiectum fuerit p̄fectus urbi adiri solet: & pro
modo querelæ corrigere cum aut cōminari aut sustibus castiga

re aut ulterius procedere in poenam solet q̄ si delatū se a liberto
 aut contra se cum inimicis conspirasse doceat ēt in re tali p̄fectus
 in eū poenā constituet: cura etiā rei macellariae oīs ut iusto prae-
 clo ueneat ad offm̄ p̄fecti pertinet & ideo for̄ boarium suarium
 piscarium & olitorium ad eūdē p̄fectum pertinet. Ad tuendam
 quoq; populorum getē dispositos stationarios milites habere
 debet: curareq; ut sibi quod ubiq; agitur per delatores denunciēt
 potest ēt urbi interdicare negociationi p̄fectionibus aduocatio-
 nibus & foro ad t̄pus in p̄petuū: sed cum multo tempore praese-
 ctus urbi creatus fuerit: demum illius ditione delata ad praetorē
 translata latinarum feriarum duntaxat creari ceptus . est & cum
 caeterorum omnium magistratuū fora gescerent soli p̄fecto ur-
 bi latina subirent: ne quis alteram magistratuū sp̄cm arbitrareē
 pleraq; q̄ ad p̄fecti ditionem pertinere uidebantur de industria
 ommissa sunt. De consulibus.

Consularē potestatem regiaē potestatis exemplo accersi-
 tam fuisse uetustatis monumenta declarant: exactis . n .
 regibus duo uiri creati sunt: q̄bus praeter q̄ ānuū impiū
 datū est nihil aliud imutatū est. Itaq; lictores & trabeam caetera
 q̄ regum insignia tenuere q̄ consulere rei . p . deberent: consu-
 les appellauere. Iniunctumq; ut omniū quae e re . p . fore arbitra-
 rētur: diligenter curam agerent. Primi consules post exactos re-
 ges fuere. L. Iunius Brutus: & L. Tarquinius collatius. Brutus
 cū collega egit. ut penes alterū dūtaxat fasces forent. ne si penes
 utrūq; populus conspexisset. duplicatum terrorem ex uno ad
 duos reges q̄reretur. xii. erant lictores. qui cum fascibus uirga-
 rum securim cuiq; consulum praeserebant. quem numerum li-
 ctorū collegisse romulū feret. eo q̄ . xii . uultures in auētio mon-
 te cum auguris cū fratre contenderet inspexit. nonnullis autem
 atq; idoneis auctoribus hoc ut pleraq; alia . s . apparitores sellā
 curulē togā & p̄textam ab etruscis populis asciuisse uerisimilius
 uidetur. etruscos scilicet cum duodecim populis constarent. re-
 ge communiter creato. unū lictozem regi singulos exhibuisse.
 Lictores aut a ligando dictos existimāt. q̄ quē consules p̄hendī
 iussissent: p̄sto essent ad p̄hendēdū. & ueniētes cōsulibus obuiā
 de equo descēdere iuberēt. Iunio aut Bruto altero ex cōsulibus ex-
 tincto cū solus . P . Vale . i . consulatu remāsisset: hic . n . i . Tarqni Col-
 latini locū suscepto erat: q̄ ille ob iuisū tarqnoꝝ ḡns se cōsulatu

abdicare cōpulsus esset: ut sunt mutabiles uulgi animi in ipsum
nō inuidia mō: sed suspicio etiā cum atroci crimine aborta ē. &
cū consul aduocata cōcione se expurgasset: auctor esse instituit
ferendæ legis: ut aduersus oēs magistratus eēt puocatio. Tum
uero cōsularis auctoritas regiæ potestati lōge inferior esse cœpit
ac libertatis iacta semina mirū in modū conualuisse uisa sunt cō
sules nisi a patribus creari qđ apud alios auspicia non essent: reli
gionē fore aliquñ creditū est. pfligato rādem gallico bello eo. s.
quo. T. Manilius torq̄tus torquæ hosti gallo, quē singulari cer
tamine occiderat detractō, torquari nomē sibi posterisq̄ suis cla
rissimū dedit, assiduis tribuītis seditionibus uicti alterū ex plæ
be cōsulem creandū cōcessere: primus aut de plæbe consul .L.
sæquatius creatus est: & cū antea tribuōs militum, q̄ pro consu
libus essent ex suo quoq̄ ordine creari plæbs obtinuisset: sæpe
numero creationi tribunorū consularis dignitas intermissio fuit
adeo ut duobus aliquñ: nōnunq̄ pluribus, sæpe et paucioribus an
nis consulare impium uacauerit. de constitutione uero consula
ris potestatis id uulgo comptum est habitis. s. per cōsules siue
alterū duorū siue per inter regē & dictatorē cōitiis quæ tribuum
centuriarūq̄ conuētū ac suffragiis constāt & in cāpū martium
accitis qui consulatū petaturi erant incāpū descendunt, atq̄ eo q̄
tunc candidis uestibus induti sunt, candidati uocantur. in quem
igitur populi suffragia consularibus habitis cōitiis suffragiisq̄ ri
te peractis cōcurrebant. Is erat cōsul designatus, sed quem de co
mitiis hūimus mentionē, nō incongruū est hic non nihil ex iis
quæ ad nos usq̄ puenerūt ascribere. Cōitiorū, n. alia calata, alia
tributa nūcupantur. Calata uero dicta q̄ calari per lictorē, i. uo
cari. Ea uero in centuriata & curiata diuidūnt. Curiata ex curiis
q̄ triginta numero erant, & oē ciuim cōtinebant, per curi
atū lictorē uocabānt. Centuriata uero p̄ cornicinē ex cēsu & æta
te accersēbantur. Tributa uero ex oībus regionibus urbis ac tri
bubus ut reor nūcupata constabant. Cēturiata aut fieri intra po
meriū nefas erat, q̄ exercitui ut serūt extra urbem imperari ius
non sit, p̄pterea cēturiata in campo martio hēri, q̄ exercitui im
pari p̄sū cā solitum sit. Illud p̄terea necessariū consulatū peten
tibus, ut per se ipsos comitiis interessent, p̄ alios perēdi facultas
nullo pacto decernebat̄. Quētiā p̄scribēdis cæteris magistra

tibus obseruatum uideo. eã p̄terea potestati de q̄ agimus & filiis familias & sui iuris cōstituti consequuntur. seq̄ ipsos apud se sua auctoritate emancipandi facultas ẽ. Tandẽ ẽ institutũ ut qui cōsules fierent ipso iure sine emancipatione a patriæ potestatis uinculo liberarentur.

De Dictatore.

Dictatorẽ Albanos prius q̄ Romanos hũisse: quippe qui Metiũ Suffectiũ hũerunt: testis est. T. Liuius apud Romanos uero primus dictator factus est. T. Largius primũ consul. quo aũno quibus ue consulibus non satis constat. Illud uero liquet latino sabinoq̄ bello impendente sexaginta ue populis in Romanos coniuratis: concitante Manilio Octauio tusculano Tarquini Superbi genero: q̄ eum penes exulabat dictatorẽ Romæ creari instituisse. ea summa q̄dem potas apud Romanos fuit a qua nec puocandi ius fuisse: & aĩaduersum in capite cuiusq̄ ciuis Romani: totiusq̄ rei publicæ summã ditionẽ penes ip̄m habuisse ueterẽ scripta testant. Lictores & uniuersa regũ insignia dictatori attribuere. Qui aũt summũ ei in populũ ius summãq̄ potestas fuit magister populi cognominatus ẽ: ex quo factũ ut qui potestati aliq̄ de pu. haberet. utpote illud a sup̄ma dictaturæ potestate ortũ duceret. magistratus uelut a candido candidatus uocaretur. dictator aũt nullo alio pacto creari cōsueuit. q̄ cũ uis aliqua maior de iprouiso aborta ingentẽ urbi cladẽ minitari uideret. prius nõ nisi e patribus uelut pleraq̄ alia: dictatorẽ legi fas fuit. tandẽ ut cætera quoq̄ id ip̄m iminutũ ẽ: bello. n. qd̄ po. ro. cũ saliscis gessit: Tarquinensibusq̄ primus de plæbe dictator creatus est. C. Marius Rutilius: q̄ & ipse magistrũ equitũ ẽt de plæbe hoĩem. L. Plautiũ dixit. hũc magistratũ quẽq̄ amplissimus esset: nõ nisi sex menses retinere licuit. q̄ uero futuros dictare magistratus solitus sit: appellatũ esse dictatorẽ Marcus Varro ait. huius etiam p̄textu magistratus. L. Sylla: ac deinde Iulius Cæsar rem publicam oppressere tyrãnidis inuisum: atq̄ infame nomẽ euitare cupientes. de dictatore ergo q̄tũ p̄ ueterũ disquisitionem licuit diximus.

De Magistro equitum.

Vales tribũ celerũ apud reges: tales ferme apud dictatores magistrũ eqtũ fuere. & ut dictatori ius sũmũ in populũ fuit: ita i ocs milites & accesos magistrũ eqtũ fuisse traditũ ẽ. primus magister eqtũ. S. Cassius fuit a. T. Largio

primo dictatore creatus. id demum officii fuit magistratus equitum
apud dictatores quod tandem praefectores pretorio apud Caesarem.

De tribuno plebis.

Tribunis plebis creandis initium fuit secessio plebis a pa-
tribus in montem sacrum facta: transacto. n. bello hinc uol-
scorum: illic equorum atque sabianorum cum ex promissis patrum
ferendae legis deliberanda a nexibus feneratorum plebs spes qui-
busdam certis indiciis uersaretur: quae tamen quadam ac nimia lusio-
ne protrahi uideretur a patribus Marco Valerio dictatore crea-
to: qui ad populares seditiones comprimendas. ingensque geren-
dum bellum mitteretur. cumque pro plebe ad ferendam legem intercede-
re cepisset: & quae se & plebem frustrari uideret: magistratum se
abdicauiisset: accederetque ad dignitatem plebis: quae praes plebis a se
a seditionibus auertere rati sub praetextu sacramenti consulibus
praestiti nouo bello cogere ad militandum adnitebantur. plebs per-
moleste id ferens in montem sacrum: qui est trans anienem tertio
ab urbe miliario secessit: quod cum ingentem trepidatione incussis-
set patribus: quoniam. n. modo urbem omnium militum robore exhau-
stam siqua uis belli aliqua ex parte irrepsisset: tutari rem: per facultas
dabatur. Menenius Agrippam summam ea tempestate auctoritatis uirum
plebi contra patres pariter ac patribus legatum ad componendam popularem
seditionem decernunt: qui graui uisus oratione in qua apologum de con-
spiratone membrorum contra uentrem induxit: quemadmodum si qua con-
spiratio cladis attulerit: usque eo delinuit plebis animos: ut illius opera
pacem cum patribus iniuerit. in cuius pactone foederis conuenit. ut
plebeios in urbe magistratus obtinerent: duos ergo tribunos tum
habere plebs coepit a. Vir. T. ueturio consulibus alia inuisus
secessione tres additi Apio claudio. & C. gentio consulibus mox
quaque: Item alii. M. oratio puluillo & Q. minutio. hoc pacto. x.
tribunis in plebe. ro. fuit iurisdictio: Tribunorum uero tanta creuit
auctoritas: ut quicquid senatus decreuisset: ita demum ratum haberetur.
si tribuni approbauisset stabant ergo in uestibulo curiae: ubi
habebatur senatus: templum ingredi non licebat: & aequumque senato-
res decreuissent tr. animaduertenda perserebant ut si pro re pu-
blica fore uideretur approbarent: caetera ad arbitrium reuicerent
quamquam senatus consulta approbassent. T. Iram in tergo adiciebat
haud alio pacto rata iudicatum iri, sed de tribunitia potestate si la-

alius parere uobis uoluerimus: labeonis Antistii iuris peritissimi
 constat sententia: cuius uerba quæadmodum apud A. gellium scri-
 pta repperi: ita ipse scripsi in quedam inquit epistola Athei capito-
 nis scriptum legimus Labeonem antistium legum atque morum. po. iurisque
 ciuilibus doctum apprime fuisse. sed agitabat inquit hominem
 libertas uæcors usque eo: ut diuo Augusto iam principe & rem.
 p. obtinente ratum pensumque nihil haberet: nisi quod iustum
 factumque in romanis antiquitatibus iuenisset: ac deinde narrat:
 quod idem ipse Labeo peruiatorem a tribuno plebis uocatus re-
 sponderit. iussit enim ei qui missus erat ad tribunum plebis re-
 dire: eique dicere ius eos non habere neque se neque alium uocandi
 quodammodo moribus maiorum Tribuni prehensionem haberent. uo-
 cationem non haberent. posse igitur eos uenire & prehendi se iube-
 re. sed uocandi absentem ius non habere. Idque etiam apud Var-
 ronem in libro rerum humanarum scriptum asserit. A. Gellius:
 qui sane Varro cum triumuir esset asserit a tribuno plebis non
 uocatum fuisse. cum trib. ple. esset neminem uocari iussisse ma-
 xime uero patres tribunorum intercessionibus extirere. id qui-
 dem est uim a cæteris magistratibus prohibere fieret. aut mi-
 nores in legibus ad populum ferendis que plebiscita appellan-
 tur. In quibus sane rogandi patrum interesse nulli admodum
 ius fuit. qui etiam in prouinciis proconsularibus assignandis ut
 idem apud Plutarchum in uita. M. Catonis maxime in tribuna-
 tu. p. clodii licet istud et obseruatum est inter tribunos si cæteri
 omnes unam rem probassent. unus uero id prohibuisset. plus
 cæteris quidem omnibus in ea probatione pollere. & reliquos
 omnes facile impedire posset. De proconsulari potestate.

E hac quidem potestatis spe nihil quicquam prius respici quam bello
 cum po. ro. cum equis infeliciter gesto maximoque terro-
 ri urbi illato. tum. n. consul qui in urbe remanserat. quo cele-
 rius delectum facere posset. proconsulem creauit: qui obesset col-
 legæ auxilium afferret. creatus est igitur proconsul. T. Quinti-
 us Albo & Sp. Fusco consulibus. quæ uero proconsulibus mitte-
 rentur. eorumque uice functuri essent. proconsules appellati. iis ma-
 gistratibus cætera quidem consularia insignia concessa sunt. præ-
 terquam quod sex duntaxat lictoribus uti iniunctum est. Qua
 tempestate non ordinario quidem. sed delegata iurisdictione

proconsul de quo agimus utebatur. quis postea usu euenit. ut propria huic magistratui iurisdictio competere instituerit. propagatis enim. ipsi finibus complurium & ingentium bellorum administrandorum cura exorta. obseruari coeptum ut quo quocumque anno consules fuissent. sequenti proconsules remanerent. in varias provincias cum impia sortirentur. De finibus autem proconsularibus. quae nancisci potui: ea breuiter subiiciam. Potestatem suam proconsul nisi in ea provincia quam est sortitus exercere non potest. quis uoluntariam autem iurisditionem eam esse auctoritatem manumittere seruos suos apud se uolentes. aut se adoptandos dari possim prestare. Contentiosam uero iurisditionem praeterquam in provincia tractare non potest. nec quocumque in provincia negotiorum exoriretur. quoniam ad proconsulis administrationem pertinere solet. si autem fiscalis causa incideret. melius faciet ad procuratorem Caesaris deferre. Si uxorem secum in provinciam iusserit. quod non fecisse decetius putabitur. ea quae deliquerit in eam ipsam aduertent. obsoniis dono missis ut prorsus abstinere non debet. sed in accipiendis modum seruare. ualde enim inhumanum est a nemine. passim uero uilissimum & penitus auarissimum. ab aliis uero rebus dono missis omnino abstinere proconsule oportet. Item ab omnium rerum praeterquam uictus quotidiani causa. Lites uero quae seriosa excussione aduersioneque indigent summam pertractare ac diffinire non debet. Quae cognitionem exactorem uel desiderant: ut obsequium a liberis & patrimoniis exhibentur a liberum summam aduersi pronuntiare poterit. parum autem obsequentes patronis suis libertos cum uerbis paulo atrocioribus exterreat. tum etiam fustium castigatione coerceat absque iudicio sapientis ac fori strepitu. Non habentibus autem aduocatum ob inopiam seu aduersarii potentiam ultro exhibeat: ac denique uniuersa expediat: quae mero ut aiunt imperio assignari solent. id enim. significat gladii potestatem in facinorosos seruosque aduertendi. Sed quoniam negotiorum puicualium multitudinem pro ipso obire per proconsulem difficile est: legatum proconsules habere solet: de cuius officio pauca uidenda sunt.

De Legatis proconsulum.

Volent proconsules ob rerum gerendarum multitudinem in provincia legatos statuere quod non propria sed mandata iurisditione utantur: quos priusquam in provinciam puenerint: sibi substituere possunt. Siquid autem legato occurrat: cuius rei graui

15
tas exactiorē diligentia exigat: ad p̄consulē remittere legatus
debet. Neq̄. n. aiaduertēdi coercendi seu atrociter uerberādi li-
centia est. Iudices t̄n̄ litigantibus tutores ēt pupillis dare potest
custodiarq̄ q̄ p̄ puincia dispositae sunt in stationibus p̄consul
legatā cognitionē cōmendare. nec prius q̄ e prouincia procon-
sul discedat: legatū dimittere cōsueuit. Et si diem suū obierit in
prouincia proconsul ita demum sibi mandata negocia exiget: ac
si res integra nō iueniat̄. Si uero abesse a prouincia proconsulē
fortasse cōtigerit causas ēt quae aiaduersionē exigant delegabit.

De aedilibus plæbeis.

Edilitatē plæbeia p̄ uetustissimo magistratu habeo. &
a utrum añ tr. pl. creati coepint ā bigo. memorq̄ exactis
rebus ad secessionē in sacro monte factam plæbs maxi-
ma quidem pars populi Romani tanto tēpore absq̄ aliquo ī re
publica magistratū. a quo tueretur extiterit. quin apud Liuium
haud multo post tr. pl. creatos pestilenti quodā tpe. cum & con-
sul alter obisset. alter uero agram aiā traheret: apud aediles
plæbeios & consularē & tribūitiā potestatem: & tandem totius
reip. summā recidisse constat. Nō q̄ illos tunc primū creati coe-
ptos appareat. sed q̄ longe antea creatos esse potuisse facile sit.
Crescentibus autē plæbeis opibus. ita ut ēt dictatores ac pontifi-
ces de suo quoq̄ corpe prestaret. atq̄ patres multotiens a plæ-
be uicti duos aediles plæbeios a patribus creandos peruicerunt.
Nam cum in aedilibus ludos faciendos solēnesq̄ pro ordinibus
in concordiam redactis. dies in fastis referendos mādarent. ne-
garentq̄ se id esse facturos aediles plæbis. conclamatū est a iu-
uenibus patriciis dicit̄. se id honoris deorum īmortalium causa
libenter acturos. ut aediles fierent. q̄ cū ab uniuersis gratiā actae
essent: senatusconsultū factū ē: ut duos uiros ex patribus. q̄ aedi-
les forent. dictator populū rogaret. patres comitiis auctores fo-
rēt. dūmodo ergo patricii aediles creati sunt. Cn. Quintius Ca-
pitolinus. & P. Cornelius Scipio. Sed duos tandē aediles crea-
tos alios a Iulio Cæsare: qui qm̄ frumento p̄essent: cereales ap-
pellati sunt. Apud idoneos inuenio auctores aediles a sacrarum
aedium quā gercbant: cura appellatos esse. Curules uero ii qui a
patribus creati sunt: qm̄ sella curulī ueherētur: cognominati sunt
Plæbei uero & curules iam adeo manifesto cognomine sunt: ut

interpretatione non egeant nostra. Ludos instituere quauis cā: quibus ue in spectaculis fierent: ad ædiliū partes pertinet. Id enim erat aut leue ædilitatis munus: ut sua quisq; ædilis factus impensa ludos pro modo patrimonii ac dignitatis suæ celebrandos procuraret: cuius instituti Marcus Cicero in iis libris: quos de officiis inscripsit: cum de sua & magni Pompeii ædilitate meminit locuplex testis est. Asconius aut Pedianus pompeium ædilem creatum: theatrum quod sua impensa ædificauerat. magnificentissimis ludis: in quibus currus cum elephantis induxerit: dedicasse ait. Id etiam in argumētis comœdiarum: quibus nomina ædiliū qui ludis p̄fuerant ascripta sunt: facile est animaduerte re. locorum autem discretio & cuiuslibet ordini pro dignitate assignatio ædiliū muneris ē. Valerius. M. Attilium Seranum & L. Scribonium ædiles senatus ac plæbis loca secreuisse: q̄ si seruum quispiam aut iumētum morbosum: aut uiciosum pro integro sanoq; uendiderit: ædicto ædiliū emptori succurreret. Qui uero cloacæ publicæ & aquæ ductus cæteraq; ædificia lauta munda integraq; & expedita asseruarētur: ædiliū offm̄ est: deniq; quicq; res uiciosas pro sincero: fractū pro integro usq; uenisset. ædilitio edicto redhiberi solet.

De decēuiris legū ferendarq; cā creatis.

Ecēuiris summa potestate ineuntibus magistratus omnes qui rem. p. regabant: exoluere fas erat: quibus creādis hoc in cā fuisse perhibetur. Plæbe. n. quotidianis seditionibus tum ob creandos de plæbe magistratus: tum ad ferendam legem de soluēdo annexibus sceneratorum sæpe etiam de connubio ut inire liceret plæbi cum patribus nōnunq; ob ferendam legem agrauā diuina simul humanaq; omnia miscente: & tandem cōmunes quasdam leges ferre petenti nequis eēt inuidiæ locus leges extraneas accersiri placuit. Missi ergo tres athenas: sunt legati. qui inclytas leges Solonis scriptas ferrēt: iura etiam & mores aliarum ciuitatum noscerent. Ii fuere. Sp. Posthumius albus. A. Manilius & P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio postq; recesserant leges scriptas referūt. pro quibus sane censendis promulgandis centuriatis comitiis. q̄ ut sanctiores essent. fieri oportebat decemuiros creant. qui suo arbitratu leges promulgarent. Ii fuere. Appius claudius, T. Gerun

16
tius. P. Sextius. L. Vecturius. C. Iulius. A. Manilius. P. Sulpi-
rius. P. Curiatius. T. romulus posthumus Cl. placuitq; ne ab
horum potestate esset prouocatio. Penes uero alterum ut fors fo-
ret. quoadusq; omnem numerum peruasissent. certos diebus le-
ctores forent. eodem ergo anno. x. tabulas edunt. potestatem ui-
dendi omnibus faciunt. edicunt agitant secum omnes & si quid
emendari suppleri minui ue opus esse censeant. omnium senten-
tias æquo animo esse audituros. postq; satis emendata esse appa-
ruit. decem tabulis scriptas leges centuriatis comitiis proferunt
ac simul se magistratu abdicant. cum uero rumor precebuisset.
duabus aliis tabulis ius. po. ro. plerumq; ac absolutum fore iterum
habitis comitiis alii. x. uiri subrogati sunt. tum Apius cui comi-
tia datum habere fuerat. sese contra ius fasq; .x. uirum creat. Col-
legæ fuere. M. Cornelius maluginensis. M. Sergius. A. Minu-
tius. Q. iubilatius. Q. petelius. T. antonius merenda. Iulius
spurius opius cornicem. M. rab. lepius. Operæ precium est au-
dire q; ii decem uiri per spem ac libidinem dominandi omnem rei-
p. spem idibus maiis. quo iniere magistratum cum duodecimis
singuli fascibus forum compleuere. neq; enim ad rem pertinere
demi secures qm absq; prouocatione creati essent. Interpretabant
decem ergo regum instar primo conspectu prebuisse ferunt. incre-
dibile est. n. qm ea res urbi terrorem iniecerit. neq; suus urbem
sefellit timor. Primum cum abstinerent a patribus cepissent in-
humiliores crudelitatem libidinemq; exercebant hominum. non
carum tot erant ut apud eos gra potius. q; æqua ui iudicia haberent
domi contrahebant. pnunciabant in foro. si quis collegam ap-
pellasset. ab eo quem appellauisset. ita discedebat. ut poeniteret
primo decreto non stetisse. Opinio etiam fuit foedus clam inter
eos iureiurando dictum ne comitia haberent. perpetuoq; decem-
uiratus possessum semet obtinerent imperium. hac conditione
iam maior anni pars processerat. & duæ tabulæ ad decem adie-
ctæ fuerant. nec quicq; aliud supererat. nisi ut centuriatus comitiis
perferretur. hoc peracto cum laberetur annus. nullaq; comiti-
orum mentio haberetur. & quis anni factos exactione priua-
tim plæbs obstreperet. ac libertatem penitus amissam conque-
reretur. eo illi nihilo communiore facta hac petulantia abute-
bantur. sed hos urbanos strepitus nunciatum bellum a sabinis.

equis ue ipendere paululū intercidiť .hito.n. delectu decēiri
armato exercitu in bellū p̄deunt: dum uario euentu gerit̄: Api
us claudius decēuit: qui gerēdis rebus urbanis remāserat plæbe
iæ uirginis: cuius amore deflagrabat stuprādæ consiliū capit. p̄
eius. L. Virginius: q̄ tum honestū ordinem in castris ducebat:
Icilio cuidā tribuītio uiro puellam desponderat. hāc uirginē for
ma egregiā cū Apius p̄ce & precio tentasset pellicere per uimq̄
sibi succedere cuncta cerneret: animū ad crudelitātē superbiāq̄
conuertit: Marco Claudio clienti negocium dat. ut corā se p̄ tri
bunali sedente puellā in seruitutē asserat. Cæteros oēs quī liber
tatem asserant reiecturū promittit. Opportunitatē ergo nactus
Claudius libidinis minister transeunti per for̄ puellæ sceleratas
manus iniecit: seruam suā seruaq̄ natam appellans: ac sequi se
puellā iubet: cunctantem uī abstracturus esse uidebat̄. cū ad cla
morem ereptæ nutricisq̄ fidem quiritū iplorantis multitudinis
concurfus factus esset: iā p̄ aui tuta esse uideret̄. Tū claudius ni
hil opus esse tumultu ait. se iure crassari si nō crederent ad tribu
nal seq̄retur: Cū ad tribunal meatū est. p̄tor apud argumēti du
ctorem agit puellā domi suæ natā. furtoq̄ subtractam. ī domo
Virginii pro filia esse suppositā. interim dñm ancillā seq̄: q̄ ita
æquitas dictaret. interlocueretur. Cōposuerat ita se facturū Api
us Claudius. ne sine cāæ cognitione p̄nunciare in seruitutē ui
deretur. Tūc aduocatis puellæ intercedentibus: patrē rei. p̄. cā
abesse iniquū de liberis absentibus agi. cæteraq̄ huiusmodi alle
gantibus. Icilius uir & munitorius supuenit. Iciliū autem ut erat
uir acer multa intrepide uociferātē Apius per lictorē summoue
ri iussit. Sed cū ille constātissimo aīo resistere pergeret. ac multi
tudinis concursus ingens fieret. Apius ne exortus tumultus no
uandi res occasionem faceret. uades de uirgine in posterū diem
in iudiciū sistenda dari iussit. interea patrem accersunt nūcii. ad
uolat in urbem. pater. ac prima luce sordidatus filiā solita ueste
cū aliquot m̄ronis secum in forū ducit. uociferat openi ferat la
mentatione: & querelis oīa implet. Idē Icilius: idem puella ac
m̄ronæ faciunt. aduersus hęc oīa Apius obstinato aīo tribunal
ascendit. uindicias secūdū seruiturē decreuit: quod decretū cum
ingētem admirationem incussisset. ac Marcus Claudius iret ad
comphendendam uirginē. tunc pater intentās in Apiū manus

Icilio inquit non tibi Apl filiam meam despondi, ad nuptias nō
 ad stuprum educaui, sed quæso patrio dolori ignoscas: siquid sum
 in te inuectus neherentius, sinas ergo me nutricem percūctari
 falso pater sim, ut re compra æquiore hinc animo discedam. Se
 ductam ergo filiam percūctadi p̄textu rapto e tabernaculo laniū
 cultro filiam interemit, quid multa! Rei indignitate pariter om
 nes cōmoti in forū concurrunt, Apius autem ut tumultuari cōe
 ptum uidet: q̄ uitæ consuleret obuoluto capite effugit, Plæbs er
 go recuperandæ libertatis occasionem nacta: arreptis armis du
 ce Virginio in auentinum secedit. Nec minus Icilius in castris
 militum concitat multitudinem: plæbisq̄ urbanæ exemplo .x.
 tribunos militares creant: ingentiq̄ cum exercitu ad urbem ac
 cedunt, alteri se exercitui coniungunt. Hoc pacto armata plæbs
 secedere statuit: eo ergo quicumq̄ per ætatem ualitudinemq̄ po
 tuerunt: cum uxoribus liberisq̄ peruenere, his tantis moribus p
 culsi decemuiros senatum frequentem fieri iubent, Regat quid e
 re publica fore censent: elicere demū cum multa ultroq̄ citroq̄
 in senatu agitata essent: ac plerique senatores intrepide decemui
 ros oratione castigassent: decem tarquinos appellantes, Decē
 uiri tandem futuros se in potestate patrum affirmarunt modo
 sese ab iniuria tuerentur, ac simul legatos mittere ad res compo
 nendas statuunt, Missi ergo legati, M. Oratius & L. Valerius
 probatissimæ extimationis uiri de conditione pacis cum plæbe
 agunt, petebat autem plæbs inter cōditiones pacis ad supplici
 um decemuiros, qui legati primum cōpositis oratiōibus dissua
 serunt plæbem, Contenta igitur plæbs fuit: ut sui sibi tribuni re
 stituerentur, & ut consueuerant rediretur ad cōsules, Interim ab
 dicant se magistratu decemuiros: comitia cōsulibus tribunisq̄ cre
 andis habēt, hoc pacto creatis exactisq̄ decēuiris: ad prioris for
 mam regiminis reditum est.

De Præfecto annonæ.

Quoniam de potestatibus agitur: ratio etiam admonet:
 ut de præfecto annonæ extra ordinem tunc creari solito
 non nihil adiiciam: de quo, sane magistratu nihil antea
 prius repperi: q̄ Appio Claudio: & publico Seruilio consulibus:

eo quoque anno quo Tarquinus superbus consul apud Aristodemum tyrannum mortuus est. Tum inter consules orta contentio dicitur de dedicatione ædis Mercurii: quæ sane hac conditione sopita est: quod uter dedicaret Mercurii ædem: is quidem annonæ præficeret. Populus dedicationem dedit. M. Lectorio primo pilo non tam ob hominis meritum: quam ob ignominiam consulum haud probe in magistratu obuersatorum. Cæterum ut hoc apud Liuium non mihi planum usquequaque appareret: credo errore scribentium: ita de. L. Minutio præfecto annonæ: haud multo tempore post usquequaque manifestum est: huius magistratus, difficile & caritate annonæ usus potissimum atque opera exhibeatur frumentum undique coemendum: & si quis ultra proprios usus possideret: in medium ponendum curabat: aduehi undique: & aduectum iusto pretio uenire nitebatur, cuius ope magistratus egregio populo, ro. penuria laboranti sæpe opera nauata est. Eam potestatem de qua agimus cum magnus ille Põpeius ageret: ac gubernatores classis non se committendos maxime sæuienti pelago dicerent: illam saluberrimam reip. uocem edidisse dicitur *Nauigare. n. inquit necesse est: uiuere necesse non esse.* Tantus præterea annonæ huius causa fauor auctoritasque accessit: ut quæ alioquin personæ ad accusationem nimis idoneæ essent: hac tamen in causa admitterentur, huiusmodi sunt mulieres infames: & quæ sunt eius generis: quo nos etiam utimur. Sed de præfecto annonæ satis dictum est.

De tribunis militum: & consulari potestate.

Rebris quidem secessionibus plebis a patribus quibus consul de suo quoque corpore creari peteret: externis etiam bellis ingruentibus: plebeque ipsa delectum pati negante: coacti tandem patres sunt: ut aut ciuibus: aut hostibus de uictoria concederent. Ab eorum sententiis, qui tribuni plebis cæde uiolandos putarent, quos foedere cum plebe iuncto sacrosanctos haberent: primores patrum abhorrebant, per hæc consilia eo res deducta est: ut rogatione Camilli tribunos militum: qui proconsulibus essent tam ex plebe: quam ex patribus promiscue creari patres sint. de consulibus nihil immutaretur. Tres ergo tribuni consulari potestate: qui militares appellarentur creati sunt: uicque consti

tuti sunt uario numero. Interdum enim uiginti fuerunt Interdum
 plures. nonnunquam pauciores. sed de superioribus tantum tribus hi
 fuerunt. A. Sempronius Atacinus Lutius Attilius. & Corneli-
 us patricii omnes. plæbs. n. eo duntaxat contenta fuit: quæ eius ra-
 tio habita esse uideretur. Tunc igitur primo a consulibus ad tri-
 militares in consulari potestate uentum est. M. Genutio & P.
 Curtatio consulari abeuntibus: penes quem sane magistratum
 & ipsum nomen uendicat: eadem quæ apud consules erant collata
 est: nominibus tamen immutatis: ac plæbis ratione habita.

De Censoribus.

Ubi ob multa & uaria bella: ciuilesque seditiones romæ
 pluribus annis incensus populus mansisset. neque esset lu-
 strum aliquod de more conditum: neque diffiniri census
 posset: neque consulibus cum multum bellorum immineret id nego-
 cium operæ precium esset: mentio inita est a senatu rem uidelicet ope-
 rosam & minime consulem proprio magistratu indigere: cui
 scribarum ministerium custodiaeque & tabularum cura arbitrium
 formulæque censendæ subiicerentur. Tum duo censores creati
 sunt. Papius. & Sempronius: censuram habendo præfecti: ab
 eaque re censores appellati Marco Gregario Macerino: & Tito
 Quintio Capitolino consulibus. institutumque ut quinquennio
 is magistratus perduraret. quod tandem tempus ob censorum
 insolentiam immutatum est. ad annumque redactum. A. Mamertio
 Aemylio dictatore Iulio Virgilio. M. Apio consulibus mirum
 quippe dictu est quanto censuræ initium parua re ortum incremento
 adactum extiterit. Eo quippe peruenit. ut morum discipli-
 naeque. ro. senatus equeque regimen decoris dedecorisque discrimen
 sub eius ditione magistratus priuatorum ius publicorumque locorum
 uectigalia. po. ro. reposita essent in senatum allegere. Senatus pri-
 cipem describere: censum agere: lustrum condere: equos adime-
 re. Quos autem putassent parum dignos senatu amouere. ut fecit
 se ferre. C. Fabritium. qui censor. P. Cornelium Ruffum patricium
 uirum senatu amouit. quæ. x. pondo argenti facti pro conuiuio appo-
 suisset. M. autem Cato censor. C. flaminii fratrem senatu eiecit. quæ exo-
 ratus a scorto ut aliquem ex iis qui in uinculis erant (obtimebat. n.
 pro consulari impio galiam) securi percuteret. obtempauit. Quid di-

causa q̄ leuissimis de causis censoriā inurere notam consueue-
runt nimis corpulentis militibus unguentoq; nitidis: equis adē
ptis ignominaq; notatis: exercitu dimisere. Equiti Romano ni-
miū compto splēdidoq; equum strigosum & uix hærentem pel-
lem ossibus habenti: cum obequitātes urbem censores uenisset
obuiā percūctantibus ut quid ipse tam ruber & comprus: equus
tam macilentus & squalore obsitus esset. hic eques ro. quoni-
am inquit ipse me curo equum uero statuis meis seruo. uisum
est id parum reuerens responsū. atq; ob id ignominia a censo-
ribus notatus est. Ciuem. ro. qui altius oscitauisset in auditorio
censorum ignominiaē nota affecerūt. Sed cum id rescissent: nō
incontinentia. sed ualitudine factum esse illico restituere. cum
celebrationi quorundam sponsaliorum interessent uirumq; nū
uxorem ex animi sui sententia haberet de more interrogas-
sent. illeq; ex parentibus non autem ex animi sui sententia se ha-
bere responderet: euestigio labe ignominiaē compulsus est. ma-
gnopere enim ab eorum maiestate alienum esse rati sunt: & in
conspetu censoriaē seueritatis leuiculus hō adeo ridiculose fuis-
set cachinatus. Multa in hoc genere dici possent: sed omittenda
sunt. Illud autem non est pretermittendum: q; altero ex censori-
bus morte subducto alterum in demortui locum suffici religio
fuit. Itaque reliquum abdicari se magistratu: ut duo de integro
censores crearentur: institutum est. Id enim huic obseruationi
causam dedit: quod eo anno Galli romam ceperunt. altero ex
censoribus mortuo alter quidem in demortui loco fuerit substi-
tutus: omen ergo uisum est & pro lege perpetuo ne id amplius
fieret obseruatum est. censores uero cum preterq; ex patribus ali-
unde nefas fuerit: id quoq; ut cætera imutatum est: ac indiffe-
renter fieri cœptum. illud etiam censoribus negocium datum ē
ne in scœnore modus excederetur.

De triumuiris coloniaē deducendæ.

Ricini atq; ardeates cum de ābiguo agro sæpe bello cer-
tassent multis inuicem cladibus fessi: po. tandem ro. de
re iudicē cōstituere. cum ergo utriusq; ciuitatis legati ora-
tum causam uenissent: cōcilio populi a magistratibus dato: ma-
gā contentione actum est. lamq; editis testibus cum tribus uo-

19

ari: & populum inire suffragiū oporteret: consurgit scaprius de plebe magno natu: & scilicet inquit cōsules de rep. errare in hac ego populum non patiar sed cum quali uanum & delirū reicerent cōsules, audiendūq; prorsus negarent pergentem uocifera re pu. cām prodi per lictorem submouere iusserunt. hic ille tribunos appellat: ad eos admissus tertium & nonagesimū se annum agere inquit cum agrum de quo duo populi ambigant tenere memoria fixum neurrius populi sed coriolanorum fuisse. atq; eo se tempore militasse captis coriolanis is ager iur belli populi. ro. factus esset proinde se magnopere suadere po. ne inutili pudore causam suam damnaret. Mouit non tam hominis auctoritas: q̄ commoditas ususcq; agri tantūq; tribuitia potestas ualuit ei. ut cum hac de re latum esset ad populum: lex de agro populo ro. adiudicando pmulgaretur sane factum maxime de honestate nra iustitiam. po. ro. multumq; ad finitimas ciuitates infamiae: dedecorisq; contraxit: q̄ obrem cum id agere ferre patres: ac non multo post iudicium de ardeatibus egregie pro auxilio illis aduersus uolscos allato meriti essent: cum tantā infamē iudicii notam: prorsus ex animis delere cuperent senatuscōsultum fecerunt: quoniam ciuitas ardeatū intestino tumultu ad paucos redacta uideretur. coloni eo praesidii causa aduersus uolscos scriberentur. Id cum latum ad populum esset: placuissetq; multo plures rutulos q̄ romanos colonos ascribēdos. priusq; is ager qui infami iudicio interceptus erat q̄ alterius agri gleba assignaretur: ut alicui quā omnibus rutulis eo tandem pacto ardeates reuersus ē. triūuiros igitur deducēdā coloniā creat: Agrippam alesium: Titulum cecilium Siculum & M. eburia culam. nec abnuerim hunc magistratum alias a maioribus romanorū creari potuisse. Ceterū ab insigniori ratione: & ingenti pop. ro. potestate exordiri non piguit. pertinebat uero ad huius magistratus officium ut & agros nouis colonis diuiderēt: urbes designarent: aedificare uolentibus arceas partirentur commodis regionibus ciuitatem distinguerent. legibus magistratibus sisterent & ad speciem optimi tabernaculi rem publicam effingerent.

De Prætoribus.

Vni crebris ac diuturnis certaminibus uicti tandem a plebe patres ex consulibus alterum ex plebe creandum concessissent: id sibi uoluntate plebis pro aperto a consulari aditum arrogauere: ut unicus magistratus crearetur ex patribus: isq; a praesensendo praetor appellaretur, qui tandem eo quod inter urbanos ius diceret urbanus appellatus, penes hunc uero magistratum adeo omnes publici priuariq; iuris potestas fuit ut nemi ius condere: & uetera abrogare facultas esset, tantum uero in modum aucta est praetoris auctoritas ut quod praetor ipse dixisset: ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. Praetori regia insignia consularesq; sermone apparatus. Lictores uero non amplius sex sella currus & trabea ceteraq; huiusmodi tradita sunt, ac quous sex numero lictoribus uti concessum praetoribus esset. Paulo qui dem emilio praetori in iberiam contendenti: ut ait plutarchus duodecim adhibitos lictores compi, equis albis trabea candida utebatur praetor: niuel ad frena quirites subministrabantur ut ait Iuuenalis. Denique cum undiq; peregrinorum multitudo in urbem conflueret: neq; unus praetor turbam causarum sufficere posset: alter praetor creatus est, qui quoniam inter peregrinos cognoscebat peregrinus appellatus est. Crescente uero impio tantum in modum amplificatus est numerus: ut .x. & octo praetores aliquando in urbe ius dicerent, & quia magistratus uespertinis temporibus in publico esse inconueniens erat: quinque uiri constituti sunt citra tiberim & ultra. Capta .n. Sardinia: mox Sicilia: item Hispania deinde narbonensi prouincia: totidem praetores quasi magni duces in ditionem uenerant creati sunt: partim qui urbanis rebus: partim qui prouincialibus praesent. Deinde Cornelius Sylla quaestiones publicas constituit: ueluti de falso de paricidio de sicariis: ac praetores quatuor adiecit. Deinde diuus Augustus sexdecim praetores constituit, post diuus Claudius duos adiecit praetores ex quibus unum diuus Tiberius detraxit: & adiecit diuus Nerua qui intra fiscum & priuatum iudicaret. Ita .x. & octo praetores in ciuitate ius dicunt. Sed primo etiam ut dicere debebam Diuus Iulius duos praetores & duos aediles, qui frumento praesent, cereales creat, ita .xii. praetores sex aediles creati sunt, quotiens Romae sunt magistratus obseruatur, quotiens aut proficiscuntur unus relinquitur.

quod ius dicat: Is uocatur *praefectus urbis* & *praefectus* olim constitue-
batur. postea uero alius *Latinarum feriarum* introductus est: quod
quot annis uacantibus caeteris magistratibus creari instituerit.
Quibus omnibus complurimi ingruentibus bellorum usus exe-
gisset: eorundem administrationes mandari consueuere exce-
pro *praefecto urbi* in ciuitate remanere.

De quinque uiris mensariis.

Um improbitate sceneratorum plæbs ro. magnitudi-
e ne æris alieni pene obruta esse uideretur. eiq. difficultati
principes plebis succurrēdum sæpenuinero tentassent:
Inclinatis tandem ad concordiam omnium: animis qui tum
consules erant funebrem quoque rem: quod destinari in animis
hominum uidebatur leuari aggressi solutiōem æris alieni in pu-
blicam curam uerterunt. Quinque ergo uiri creati sunt: quos a
dispensatione pecuniæ mensarios appellarunt. Rogationes triū
uiri nocturni creati sunt: quibus ut existimatiōe deducor ut diffi-
cili bellorum & ciuiliū seditiōum tempore in muris custo-
diæq. per milites stationarios mitterentur. Id etiam eorum cu-
ræ iniunctum est: ut & nocturnas seditiōes a ciuibus arcerent:
& quies urbi conseruaretur. huius sane partes magistratus in-
officiū *praefecti uigilum* demum traductæ sunt: Enim uero quo-
horum magistratuum nomina rem ferme ipsam cui addicti es-
sent facile ostendunt. neq. *Liuius* ipse rei auctor hac in re ampli-
us uerborum facit: apud alios uero nulla prorsus mentio fit.

De triumuiris rei publicæ constituende.

I triumuiratus reip. constituendæ ante. n. ipsum quem
a Cæsar cum Antonio & M. Lepido gessit. alter nullus ap-
romanos prodisse memorantur. Ego autem de eo ipso
nusq. pterea offendisse memini utrum potestatibus annumeran-
dum censuerim: haud satis scio: quippe q. eas potestates q. inius-
su: preterq. senatus auctoritatem quisque non dicam sortitus fu-
erit: sed per libidinem dominandi arripuerit tyrannides poti-
usq. potestates seu magistratus appellandos duxerim. utcunq.
se res habeat. illud facile animaduerti potest *Julio Cæsare* in se-
natu ab iis qui cum *bruto* & *Cassio* erant occiso. mox *antonium*

cum studia omnia ad componendam remp. contulisse uiderentur principem ciuitatis euasisse. Cōsultim uero dominandi libidine electum Ciceronem: Brutum cæteroſq; qui factioni eius obreſtabantur ad octauiani potentiam confugeret ex quo factum ut Antonius urbē migrare adactus hostis a ſenatu iudicaretur: ad quem opprimendum Hircius & Panſa cōſules miſſi: Augustus q; cum faſcibus antonium apud mutinam adepti fuerunt fugaueruntq;. desperatis ergo rebus Antonius ſupplex ad Lepidū cōfugit: cuius potentia fretus Octauianū qui eque animum ad dominationem intenderat: ad ſœdus ſocietatemq; pellexit. illam uidelicet: ſocietatem q̄ homicidia homicidiis in permutatiōem ueniſſe dicuntur. inter quos ad cædem deſtinatos cæſar ciceronem pro. L. cæſare auunculo. M. antonii eidem conceſſit. Igit̄ tyrānidem prætextu pio magistratus paliare pergentes: ſeſe triumuiros rei publicæ cōſtituendæ appellauere: quorum nutui & auſpiciis omnis reſp. niteretur. Cæterum eorum animos quorſum inclinarent mox ipſe euentus rerum oſtendit. omnes diuinas humanasq; res miſcens. omnibus. n. intra ſe opibus cōſumptis ad extremum unus Cæſar potitus eſt. qui & ipſe omnibus cæteris ſuperſtes ipſum de quo loquor triumuiratum annos circitur. x. ut Suetonius tranquilluſ refert obtinuit.

De præfecto prætorio.

Vales apud reges tribuni celerum equitū: ſiue apud dictatores magiſtri equitum: tales demum ſuere præfecti prætorii apud Cæſares. Nā cum ſecūdas poſt cæſarem partes geſtarent peſſentq; diſciplinæ publicæ emēdandæ: adeo a parus orta principiis creuit auctoritas: ut cum aliquo tempore a præfectis prætoriiſ prouocare liceret. extātq; exempla maiorum quo pacto ab iis prouocaſſent. lecta poſtmodum a principiis ſententia a præfecto prætorio prouocatio ſublata eſt. credidit enim princeps eos qui ob ſingularem indiſtriā fide illorū atq; integritate explorata ad huius prætiſ amplitudinē adhiberentur nō aliter pro ſapientia ac ſplendore dignitatis ſuæ q̄ eundem fore iudicatuſ Alio ēt priuilegio huiuſmodi poteſtas ſub

mixta est: ne ab earum sententia minores ætate ut ab aliis magistratuum restitui possent:

De quibusdam minoribus magistratuum speciebus.

Literam magistratus speciem in urbe Roma: Ius aliquando dixisse reperi. nam cum bellorum munera cæteris magistratibus non sufficientibus ad prætores deferrentur: quorum munus administratio iuris præcipuum fuit. creati. x. uiri sunt qui ius in urbe dicerent: prætorumque partes eo tempore gererent. Iurium iudicandarum appellati. eo tempore quattuor uiri creati dicuntur qui uiarum curam agerent. Ac tres monetales auri argentique flatores: quorum esset diligentia nominata auro argentoque fabricari.

De præfecto urbis ac uigilum.

Ius Augustus salutem. p. nullius alterius quam suæ diligentia congruere existimans coercendorum incendiorum causa septem cohortes opportunis urbis locis disposuit: ita ut binas urbis regiones unaqueque cohors presidio tutaretur. tribunis & super omnes clarissimo uiro præfecto uigilum præpositis & licet apud ueteres ro. triumuiros nocturnis ædibus tribunisque id negotii quandoque esset assignatum: pluribus eodem die exortis incendiis: quibus accurrere satisque facere non posse eos appareret: creare præfectum uigilum aug. æsar in animum induxit. De incensoribus ergo: effractoribus: furibus: raptoribus apud præfectum uigilum cognitio est. nisi siquam tam atrox: tam famosa persona sit: ut ad præfectum urbi remittenda uideatur. Et quoniam incendia plerumque culpa exoriuntur inhabitantium: aut fustibus castigat eos: qui negligentius ignem habuerunt: aut seuera oburgatione comminantur. fustium castigationem remittit: cum effractorum in horreis ut plerumque sit insulisque ubi præciosarum rerum suarum partes patres familiarum seruant apparuerint: Si quis cella uel armarium infringatur: effractorum sæpe nonnunquam etiam custodum quæones apud hunc magistratum exercentur. & ita diuus antonius eritio claro præfecto rescripsit. ait. n. effractoribus horreis de ea re ad illum que insigni æquitate diligentiaque meriti ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent: licet ergo fuere. C. duellius. P. decimus. M. papirius. Q. pompilius.

T. Aemilius. Qui rem porro difficillimam tractantes plerūq;
parti utriq; semper grauem cum alia moderatione: tum impē-
dio magis publico q̄ iactura sustinuerunt. Tarda enim nomina
& impeditiora q̄ facultatibus ad ærarium missis suppeterēt ære
in foro posito dissoluerunt: ut non modo sine iniuria sed etiam
sine querimōia partis utriusq; exhausta uis ingēs æris alieni sit.

**De Duūuiris classis restituendæ. & quibusdam paruis magi-
stratibus.**


Vnumuiros classi restituende utpote haud magni mo-
damenti magistratum omīssurus uidebar: nisi q̄ Liuius pla-
cet minime p̄tereūdū uisum. anno. n. quo Apius claudi-
us is cui postea cæco cognomentū fuit censurā gessit. M. Vale-
rio & P. Decio consulibus. duo imperia: ut ait Liuius dari p̄ po-
pulum coēptā sunt: utraq; ad rēp. pertinentia: unum ut tribuni
militum senideni in quattuor legiones crearentur: q̄ ante perq;
paucis populi suffragio relictis consulum & dictatorum fuerant
beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plæbei. L. Attilius
& C. Martius. Alterum imperium fuit ut duumuiros classis or-
nandæ. reficiendæq; causa idem populus iuberet Tulit hoc plæ-
biscitum. M. Decimus tribunus pl. haud multo tempore post
huiuscemodi ipsum pertinere. Sciendum autem p̄fectum uigi-
lum ad plurimam noctem uigilare: coerrareq; calciatum cum
armis & dolabris: curareq; omnis inquilinos agere admonendi-
ne per colonorum negligentiam incendiorum casus exoriant̄:
quinetiam inquilinus ut quisque aquam in cœnaculo habeat:
q̄ igneo terrore ingruentem p̄lto accurrere posse censeatur. Ad-
uersus capsarios autem qui mecede seruanda in balneis uestimē-
ta suscipiuntur: iudex quoq; constitutus est: ut quid. s. in seruan-
dis uestimentis admissum fuerit: ipse idē. de quo loquor magi-
stratus quæstionem exercebit.

De Procuratore Cæsaris.

Utrum est ut de procuratore Cæsaris: is. n. inter Cæ-
sarem & rēp. cōstitutus iudex pauca uideamus. q̄q; prin-
cipalem celsitudinem: a q̄ legum senatus consultorū ma-
gistratumq; omnium origo manat moribus introductum sit
legum imperio: cui præesse non eē suppositam. Cæterum q̄m

se a quouis cum inter priuatum ac rēp. decernat ipossibile inuen-
tu sit ipm q̄ principē in propria causa iudicare: haud sane æquū
esse uideatur: magistratum creari placuit. cui inter se priuatasq̄
personas competens quidē esset iurisditio. qui sane est appella-
tus procurator Cæsaris: huic magistratui principalis totius rei
licentia commissa est: ita ut quicquid ab eo negotiorum imperi-
alium gestum est: perinde habeatur ratum: ac si ab ipso Cæsa-
re fuerit pertractatum. Sed si rem eius quasi propriam procura-
tor tradat: non putant dominium transferre. Tūc uero trāssert
cum negotium gerēs Cæsaris ipsius consensu tradit. Deniq̄ si
donationis uenditionis transactiōis causa quid agat nihil agitur
n. n. alienare rem Cæsaris: sed diligenter negocia cæsaris obire
procuratori Cæsaris iniunctum est. Id uero in primis procura-
tori huic de quo agimus: ascriptum est: q̄ seruum Cæsaris hæ-
redem institutum adire hæreditatē iubet. & ea hæreditas impa-
tori acquiritur. Quin si Cæsar ipse hæres instituatur: si se procu-
rator opulente hæreditati miscetur: hæredem Cæsarem facit. q̄
si ea bona ex quibus princeps institutus est soluendo non sunt:
consulendi imperatori nequid perinde detrimenti patiatur hæ-
redis. n. instituti in adeundis repudiandis ue hæreditatibus con-
gruo tempore explorari uoluntas debuit. Deportandi huic ma-
gistratui facultas permissa non est. Sed de procuratore Cæsaris
cæterisq̄ omnibus romanis potestatibus quæ a principio urbis
cōdit æusq̄ ad Augusti Cæsaris tempora factæ tractatæq̄ sunt
fatis plenum diximus. Præsidis nomen generale est: eo q̄ & p̄
consules: & legati Cæsaris. & omnes prouincias regentes licet
senatores sint: præsides appellantur.

F I N I S



1
Pomponii Læti de Romanorū magistratibus: Sacerdotiis:
Iurisperitis: & Legibus ad. M. Pantagathum libellus.

De Rege.

u
Rbis Romæ & imperii Romani conditor Romu-
lus Marte genitus fuit. Is postquā omnium cōsen-
su præfuit legem tulit ut nemo regnum aut magi-
stratum iniret: nisi auctor fieret deus: ipseque per au-
spicia confirmari uoluit. Vocabulum a regēdo de-
ductum est. Multitudinem oēm Romulus diuisit in partes tres
quas tribus appellauit: & singularum tribuū duces tribunos no-
minauit. & ipsas tribus in .xxx. partes diuisit. curias dixit quōni-
am earū cura respublica sententiam expediebat. & inde latae ab
regibus quædam leges Curiatæ denominatæ sunt. Curiarū præ-
fectos curiones dixit: & Curionum decuriones. L. Papius: qui
fuit tempore. Tarquinii superbi latas leges in uolumina rede-
git. Vnde Iuris ciuiliſ papyriani nomen deducitur. Rex sacriſi-
ciis templis & omni cultui deorū & legibus & moribus præerat
magnarū cārum iudex: minorum uero cārum senatum uoluit
esse ipse Romulus iudicem.

De Maieſtate Regis.

Romulus ut haberetur honor ac ueneratio regis maie-
ſtati purpurea usus est ueste. xii. legit qui succinctis uesti-
bus expediti multitudinem uirgis coercerent: Eos a ligandis
hominibus: ut. C. Valgius meminuit: Lictores appellauit. ut est
lictor colliga manus. xii. & hi fasces ante regem ferebāt: ac toti-
dem secures q̄ signa puniendi erant. legit & regii corporis custo-
des milites. ccc. quos a promptitudine idest celeritate celeres ap-
pellauit. & eorum ducē tribunū celex. Cuius erat secūdus post
regem locus. Valerius Antias ait. a primo eorū duce cui Celer
nomen fuit. celeres nominatos. Ii erant equites Romani: q̄ po-
ſtea expugnato Troſſulo oppidoꝝ tusco. ut Iunius scribit Troſ-
ſuli dicti sunt. Sella usus est curuli: & locū eminentē in parte fo-
ri ædificauit: ubi iura daret.

De Senatoribus.

Enatores a Romulo electi cētum aut a nobilitate gene-
ris: aut ab ætate: aut a sapiētia: ut apud Athenas nomē
cœpere: idē patres: & eorū familia patritia: idē multitu-

dinis patroni: idest defensores erat. Hos appellabant peregrini principes in ciuitate. Qui post hos centū senatui a scripti fuere: Patres conscripti appellati sunt. Quod uero ipsi cōstituerent ratum erat: Senatusconsultum dixere. & tunc esse coepit cum plæbes difficulter conueniret. nã cum a patribus per discordiam secederet: iura sibi constituit q̄ plebiscita uocantur.

De Potestate Senatus & plæbis.

Rex ad Senatum referebat. Senatus de omni re cognoscebat. & suffragiū ferebat: & quod uisum pluribus fiebat: populus magistratū creabat. Leges sciebat: & de bello decernebat.

De Interrege.

Spacium temporis a defuncto Rege usq; ad creationem sequentis: Interregnum dicebatur: & qui p̄erat cum regia potestate & insignibus Interrexerit.

De Duumuiris.

Nullus Hostilius rex duūuiris potestatem fecit iudicandi de capite. M. Oratii qui solus ex trigeminis bello albano remanserat: & reus accersitus: qđ extra portam Capenam obuiam sororem interfecerat: q̄ maritum suum unū ex Curiatis caelis ducendo uictoriam & libertatem populi Romani ægre ferre uidebatur: sed absolutus a populo fuit p̄pter patris lachrymas. Nam dixerat Tullus: Si prouocarit puocatione certaret: & hæc fuit prima apud populum puocatio: & hoc primū de rebus capitalibus iudicium.

De Præfecto urbis.

Romulus unum elegit: quem urbanis negociis p̄fecit: ut Dionysius ait. hunc p̄fectum urbis fuisse satis cōstat. Lōgo post tpe tantum sibi urbis p̄fectura uendicauit Cæsarium t̄pibus: ut crimina omnium in urbe cognosceret. & demū cum Cæsares ab urbe abessent: p̄fectus uelut alter Cæsar imperabat: de rebus oībus: q̄ ad urbem pertinebant: censebat.

De Præfecto p̄torio.

Præfectus p̄torio sub Cæsaribus discipline militari præerat: eius postea auctoritas aucta erga forēses causas. ubi imperium declinare coepit nomē mutauit magister stabuli dictus cū antea sub regibus tribunus celerum fuit. Et sub dictatore Magister equitum. De Præfecto Annonæ.

Dicunt quidā Annonæ præfecturam habuisse initium. xv. āno post exactos Reges Appio Claudio Sabino. & P. Seruilio prisco cons. sed uerius constat anno. xviii. T.

Geganio. P. Minutio cons. quo tempore annonæ maxima caritas fuit: missiq; in Siciliam fuere. P. Valerius: & L. Geganus pro aduehendo frumento. Volunt alii. L. Minitium fuisse primum annonæ præfectum. satisq; constat nō nisi ex indigentia frumenti hunc magistratū creati. De Præfecto Vigilum.

Cum urbis ædificia sæpenumero incēdio flagrarent: Diuus Augustus quinq; cohortes ut inuigilarēt urbi disposuit: & singulæ duas regiones custodiebant. tunc. n. erāt regiones. xiiii. iis quinq; cohortibus præerat præfectus uigilum: apud quem cognitio erat omnium scelerum. q̄ nocturno tempore fieri solent præsertim de incendio & latrocinio.

De Præfecto in militia.

Singulorū ordinum in militia aliquādo præfecti creati sunt hoc est quod sæpenumero præfectis alarum & cohortium legimus. hoc scilicet erat uoluntate ducis idest exercitus Impatoris: aut regis. De præfecto legionis.

Præfectus legiōis absentis legati uicem tenebat parebāt ei tribuni hastati: pilani: cēturiōes: & deniq; totus exercitus: arma: equi: uestes: disciplinæ: ius: annona. & ipsius cura erant puniebat. soluēbat. eligebatur autem iustus diligēs sobrius. cui necesse erat & alium titulū hēre. ipse etiam. erat comes primi ordinis quem primipilū dicūt. q̄. c. & . lx. militibus præest. De Præfecto castrorum.

Castrorū præfecto curæ erat. Castrorū positio ualli fossæ tentatoria tabernacula tormenta bellica & cætera talia. Item egrī & medici is eligebatur pitissimus ut alios edoceret. De Præfecto fabrorū.

Artifices qui sequebantur castra ut fabri lignarii: carpentarii: ferrarii: & cæteri qui ad fabrilis officia deputati erāt: præfecto fabrorū parebant. is eligebatur idoneus & qui sciret bene castris puidere: & præsertim in expugnatione urbiū subterraneos cuniculos facere & alia similia. De Consulibus.

Pulsis Regibus auctore. L. Iunio Bruto Tribuno celerum consulate imperium factum ē cum omni regia potestate

& insignibus. Consules dicti duo a consulendo idest prouidendo creati sunt comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commetariis Seruii Tulli: & hi fuere. L. Iunius Brutus: qui Tribunus celerum erat. & L. Tarquinius Collatinus. Anno ab urbe condita ducem resimo. xliiii. Inde noui consules urbem lustrarunt. & primi iurunt neminem Romae se passuros regnare: & idem fecit populus. Apud eos summa totius imperii erat. hi senatum populumque per accessos & praecones cogebant: hi exercitus ductabant. ab eorum magistratu numerus annorum signabatur. prouinciae consulibus describebantur: penes quos ut inquit Pöponius: summum ius uti esset lege rogatum est. & ne per oia regiam potestatem sibi uindicarent: lege cautum fuit. ut ab eis prouocatio esset: ne uel possent in caput ciuis Romani aduerrere iussu populi. Solum relictum est illis ut coercere possent: & in uincula publica duci iuberent.

De Dictatore: & magistro equitum.

Nno. xii. ut alii uolunt. viiii. post actos reges. T. Largio a Flauio. T. Cloelio Sicelo cons. ut alii scribunt. T. Lar. Flauio: & L. posthumio Cominio cum. xl. latinorum urbes auctore Octauio Mälio coniurassent in romanos. T. Largio a collega Cloelio & a senatu. po. q. Ro. creatus dictator fuit Dictatura summus magistratus fuit: habebatque in summo periculo ultimum remedium. ii. secures dictatorem praecedebant. ab eo ad populum prouocatio non erat: & ei capitis aduersio data est. Sex mensibus durabat: designabat sibi dictator magistrum equitum: qui primus fuit Sp. Cassius.

De Quaestoribus.

Omulus ut li. vii. Iuni. scribit suffragio populi quaestores brios creauit. alii uolunt Numam Pöpiliū. Sed uerius constat de Tullo Hostilio. Quaestores ab inquirenda & seruanda publica pecunia dicti sunt. capitalibus rebus praerant. Ciues Ro: capite punire iis licebat. prouincias sortiebantur: primum patritii creati. postea indifferenter patritii & plæbei. & Varro sic ait quaestores a quaerendo qui conquirent publicas pecunias & maleficia: quae triumuirii capitales nunc conquirunt. & Pædianus ait Senatoris prae administratio erat quaestorem fieri prouincia curam gerere pecuniae publicae in diuersos usus erogandae. Cornelius ait Repetita lege curiata a Iunio Bruto post exactos Reges

queæstores duo creati, qui rem militarē comitarentur Valerius Potius, & Aemilius Mamercus. Duos deinde addidit, q̄ res ut banas curarent. Mox cum stipendiariæ puincie fierent duplicatus numerus, post uero Syllæ legem creati, xx.

De Tribuno plæbis.

Nno. xvii. post fugā Tarquiniorū Aulo Virgīnio Mōtano, & T. Vetustio Geminio cons. plæbes nexu grauata: & sæpenumero decepta seditionem fecit, & tandem Sicinio duce in sacrum montē secessit, qui distat ab urbe tribus mil. pas. trans Anienem. Piso auctor est ī Auentino secessionem plæbis factam esse, & cum illic plæbes arma non sumpsisset, Mons sacer puratus est, unde nomen mōti impositum fuit, huic Postu. Cominio & Sp. Cassio nouis cons. decernentibus. x. legati eliguntur ad plæbem, quorū primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione sua plæbem patribus cōciliauit mēse septembri petiuit plæbes ex suo corpore magistratum creati, tribunitia ptās hæc fuit, creati tribubus fuere tribuni quinq̄. L. Brutus, C. Sicinius C. Licinius, P. Licinius, C. Iulius Ringanus. Quidam duos scripsere, C. Liciniū & L. Albinum, hæc fuit reip. pestis, hinc ciuile nefas ortum habuit, & quæadmodum p̄pter seditionem eē cepit seditiosus magistratus semp fuit cōsulare ius īminutū consulibus tribuni non parent: cum cæteri magistratus pareant. Sacrosanctos enim uoluit suos tribunos uulgus, hi sedebant primi ad limē: & acta senatus mō p̄babāt: modo scindebant. Dies uero quo tribuni electi fuere: fuit quarto idus decembris, & in loco ubi castra posuerunt: erecta ara Ioui soluenti metum, Tribuni dicti sunt: ut Pomponius ait: quod tunc in tres partes populus diuisus erat aut a tribuum suffragio: quæ (ut Dionysius ait) tūc quattuor fuere legimus in historiis Diodori Tribunos quattuor creatos, C. Sicinium, L. Metorum, M. Duilium Sp. Attilium Appio Claudio & T. Curtio cons. & post anno. xxv. Tres tribuni consulari potestate creati, M. Genutio Agrippa: & Curtio Chilone cons. Tribuni fuere, M. Sempronius, L. Attilius Longus, T. Quintius, & post ānos sex totidem Tribuni creati sub eadē potestate Manius Emilianus Mamercus Clulius, L. Quirius post quattuor an quattuor creati, M. Minius, Q. Sontius Seruilius prætextatus Cornelius cons. Sequenti anno. iii. M. Fa

bíus. M. Fluius. L. Seruilius & sequenti anno. L. Furius Sp. Pi-
narius & post annos. vii. quattuor. C. Furius. T. Quítius. M.
Postumius a Cornelius. Hos oēs tribunos consulari potestate
fuisse constat.

De Tribunis militum.

Nno fere. lxx. post actos Reges sequenti anno postq̄ tri-
a bunitia potestas consulari iure cessit oratione Canullei tres
e patritiis creati tribuni militares consentiente plebe om-
nē consularem auctoritatē habuere. & hi fuere. L. Fufius L. Cloe-
lius Corinthius A. Sempronius Atratinus sequenti anno. iiii.
P. Lucretius. C. Seruilius menenius Agrip. Sp. Veturius. Ter-
tio anno. iiii. A. Sempronius. M. Papirus Q. Fabius Sp. Nau-
tius. iiii. anno duo. P. cornelius. C. Fa. quinto anno. iiii. L. Tu-
be. C. Cornelius. C. Valeri. censo. M. Fabius hi creabantur ex
patribus & ex plebe. vi. anno ius imperii Romani ad consules
rediit: qui fuere. M. Cornelius. L. Furius. Officium autē tribu-
norum militū: ut Marcellus de re militari scribit: erat in castris
milites continere: & ad exercitationē producere uigilias circuire
rei frumentariæ præesse: querelas comilitonū audire: ualitudia-
rios inspicere. quoniā is qui tali officio præest: & dare & obser-
uare castrensia oīa debet. Pædianus ait tribunorū militariū duo
genera primum eorū q̄ Rufulci dicunt: & i exercitu creati solēt
Alii sunt comitiati: qui comitiis designantur.

De Aedilibus.

Læbes ubi e sacro mōte ad urbē redit: a patribus impe-
p trauit: ut liceret sibi alios magistratus creare: q̄ tribuno-
rū ministri essent: qui & ædes sacras & priuatas pcurarēt
& q̄ annonæ præessent. creauit igitur Aediles quattuor: duos q̄
ab folio eburno curules dicti sunt. regis utebant insignibus. &
ornati purpura curam sacrificiorum & ludorū habebant: Scio &
a quibusdā scriptū eē ediles duos ex patritiis creatos curules eo tpe
quo prius ex plebe consul factus ē. Sed credibilis est ut idem itel-
ligant ædiles meminit Dionysius lib. vi. & Alios duos creauit
plebes præpositos annonæ: quos aliq̄ putāt a diuo Iulio consti-
tutos. & nominatos Cereales ædiliū curulium præ adeo creuit
ut ad eos summa regū & maiestas consularis imperii uenerit.

De Censoribus.

Vm census actus esset: & consules non sufficerent duo
 e creati fuere: ad quorū cēsiōē idest arbitriū censeretur
 populus & ob id censores appellati: & primi fuerūt. C.
 Papirius: & Sēpronius. M. Gegano Macerino & T. Quintio
 Capitolino cōst. creabātur autem quinto quoq; anno: quod tē-
 pus lustrum appellabānt. Pædianus Asconius ait censores qu-
 to quoq; anno creati solebant. hic prorsus ciues sic notabantur:
 ut qui senator esset eiceret senatu. q; eques Ro. equum publicū
 perderet. qui plæbeius in cērum tabulas referretur: & ærarius
 fieret. ac per hoc nō esset in albo centuriæ suæ: sed ad hoc non
 esset ciuis tantum mō ut p; capite suo tributi noīe æra præberet.
 Idē completo quinquēniō lustrabant. & taurilia sacrificia de sue
 oue tauro faciebant ciuū romanorū prius census factus est sub
 Seruio Tullo. lxxxiiii. militū. & dcc. scdus census tertio anno
 post fugā tarqniorū. C. Valerio publicola: & T. Lucretio cōs.
 Inuēta puberū romanorū. c. xxx. milia Tertius census āno. xii.
 T. Largio Flauio. Q. Clælio Sicelo cōs. Idem. T. Largius di-
 ctator censum renouauit inuenta puberū romanorū. C. L. milia
 & Dcc. anno. xviii. idest. ii. post tribunitiam habitus a consuli-
 bus census quartus inuenta ciuū Ro. c. lxi. milia & Dcc. āno
 xxxvi. Seruio Seruilio: & A. Verginio consulibus hītus census
 inuenta ciuū puberū plura q; centū & .x. milia: & cæterorū tre-
 centa & .xxx. milia. anno. xxxviii. A. Mālio: & L. Furio cōs.
 habitus census sextus & ciuū Ro. incertus numerus. Supra an-
 num. lx. ciuū numero ut diximus creati censores fuere.

De Decemuiris.

Nno ab urbe cōdita. ccc. viiii. decemuirī pro consulibus
 creati sunt: & .iii. anno depositi libidine Appii claudii: q;
 Virginiā stuprauit. decemuirī hi fuerūt Appius Claudi-
 us Regilianus. T. Genutius. P. Sextius Sp. Venturius. C. Iuli-
 us. A. manilius. C. Sulpitius. P. Curiatius. T. Romulus. Sp.
 Postumius Caluinus: hi ex athenis leges tulerunt in .x. tabulis
 Datūq; est eis ius summū: a quibus puocatio non erat: & datū
 etiam uti leges corrigerent: & interpretarent. sequenti āno du-
 as tabulas addiderūt: & inde appellatæ leges. xii. tabularū: qdā
 uolūt nō cburnis sed æneis tabulis impressas leges p; rostris posi-
 tas. Quarū ferēdarū auctore fuisse. x. uiris Hermodoroꝝ ephesiū

exulantem in Italia scribunt: ut Pōponius refert. Doynissus pro
Curiatio Oratium dicit, sequenti anno .x. uiri rursus creati Appi
us Claudius. Q. Fabius Vibolantus. M. Cornelius Maluginē-
sis. M. Seruilius. L. Minutius. T. Atronus Merenda Manilius
Roboleus. Q. Apitellius Ceso Dralio Sp. Oppius cor. apud
Diodorū sunt. C. Serg. & P. Manius. Tertio anno idem præ-
suerunt neque senatu: neque plebe suffragia dante. & idem ut magistra-
tum obtinuerunt.

De Proconsulibus.

Osthūio Albo & S. Fusco cōst. bello infœliciter cōtra
equos gesto pcons. creatus est. T. Quintius: & is prius
in eo magistratus fuit. Eū sex lictores præcedebāt. Cæ-
tera oīa habebat uti consules & inde statutū est: ut qui consules
uno anno fuissent: sequenti pconsules essent. deinde proconsu-
les ad puincias mittebantur. & singuli singulos legatos hēbant
qui administrationi pstant auxilium pcons. pntem exercet in
ea puincia tm̄ quæ ei tradita est uel decreta: nisi uocaretur in iu-
risdictionem uoluntariā. Apud pconsulem ut Martianus ait. Ser-
uorū manumissio fieri poterat: & adoptio. Apud pconsulis le-
gatum nemo manumittere pōt. Sub Cæsaribus distinctæ pro-
uinciae. Nam consulares sub senatu Po. Q. Ro. erant: procon-
sulares sub imperatoribus.

De Prætoribus & .x. uiris: & curatoribus uiaꝝ: & Triuuiris
& .v. uiris: & .c. uiris.

O tempore quo pertinacia tribunorū plebis q̄ Romæ
sine consulibus quinque annis p̄suerunt. L. Sestius ex plebe
consul creatus esset patres p̄turam nouū magistratum.
Sp. Furio Camillo. M. filio dederunt hic primus p̄tor urbanus
fuit a præessendo prætor nominatus est. Prætoris insignia sella
curulis: trabea lictores sex: & cætera consulum insignia. Pom-
ponius in hæc uerba ait. Cūque consules auocarentur bellis finiti-
mis: neque esset qui in ciuitate ius reddere posset: factū est ut præ-
tor quoque crearetur: qui Urbanus appellatus est. eo quod in urbe
ius redderet. Post aliquot deinde annos nō sufficiente eo præto-
re: q̄ multa turba etiam peregrinorū in ciuitatē ueniret. creatus
est & alius prætor. qui peregrinus est appellatus. ab eo q̄ plerū-
que inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum esset necessarius

magistratus qui hastæ præesset. x. uirilitibus iudicandis consti-
 tuti sunt. Eodem tpe constituti sunt. liii. uiri: qui curam uiarum ha-
 berent. Eî tres uiri monetales æris argenti auri flatores: & tres ui-
 ri capitales: qui carceris custodiam hērent: ut aduerti oportere-
 ret interuentu eorū fieret. Et q̄a magistratibus uespertinis t̄pibus
 in publicū esse inconueniens erat: Quinq; uiri cōstituti sunt eis
 Tiberim & ultra Tiberim: q̄ possent pro magistratibus fungi.
 Deinde p̄tores creati sunt numero captarū puinciarum: qui par-
 tim urbanis rebus: partim puincialibus p̄essent. Deinde Corne-
 lius Sylla q̄ones publicas cōstituit ueluti de falso: de patricidio:
 de sicariis. & p̄tores. iiii. adiecit. Ab honore qui p̄turæ habebat̄
 Ius honorarium appellatum quæ p̄torū edicta erant. honoratus
 dictus.

De Procuratore Cæsaris.

Procuratori Cæsaris ois res familiaris cōmissa erat: etiā
 quicquid is ægisset ratum erat apud Cæsare: & penes hūc
 magna erat auctoritas.

De Iurisperitis.

P. Papyrius primus apud Romāus regias leges in unū
 contulit. Ad hoc Appius Claudius Regilianus .x. uir:
 cuius maximū consiliū in .xii. tabulis cōscribendis su-
 it. Post hunc eiusdem familiæ Appius Claudius Cētunanus: q̄
 uiam Appiam strauit: & aquam claudiam iduxit. & de Pyrrho
 in urbem nō recipiendo sniam tulit. actiōes scripsit: & primum
 de usurpatiōibus qui liber nō extat. Idem. R. litterā inuenit: un-
 ualeū Valerii & Fusii Farii dicti sūt. Fuit post hos maximæ sci-
 entia Symphronius cognomento Cata. Deinde. C. Scipio Na-
 sica optimus a senatu iudicatus: cui publice domus in sacra uia
 data est: quo facilius consuli posset. Deinde. Q. Mutius: qui
 ad Carthaginenses missus est legatus cū essent duæ tesseræ po-
 sitæ una pacis: altera belli arbitrio sibi dato utrū uellet referret:
 Romam utrāq; sustulit. & ait Carthaginēses petere debere ut
 mall. ut accipere. post hos fuit Tiberius Coruncanus: qui pri-
 mus profiteri cœpit: cuius tamen scriptū nullum extat. Deinde
 Sex. Elius & frater eius. P. Elius ambo cōsules Ennius Sex. Eli-
 um Catū appellat. Deinde Cato portiaē familiæ princeps Tuscu-
 lo genitus: cuius libri extant. Postea. P. Mutius: &. L. Brutus:
 & P. Manilius ius ciuile fundauerunt. Ex his Mutius consularis
 fuit: & .x. libros reliquit Brutus p̄torius. vii. Manilius cōsularis

inuentor R. littere.

& pōrifex maximus tris. Ab his profecti sunt, P. Rutulius Ru-
sus consul Romæ & Asiæ pcos: & P. Verginius: & Q. Tube-
ro ille stoicus Pāsæ auditor & cōsul: & Sex. Pōpeius. Cn. Pō-
peii patruus. Eode tēpore Cælius āripater: qui plus eloquentiæ
q̄ scientiæ iuris operā perdidit, & L. Crassus Mutianus. P. Muti
frater: quem Cicero iuris cōsultorū disertissimū dicit. Post hos
Q. Mutius. P. filius pōr. Max. ius ciuile redegit ī libros .xviii.
Mutii auditores fuerūt cōplures: sed præcipuæ auctoritatis Aq-
lius Gallus, Lucilius Balbus & Sex. Papius. Dehinc Seruius Sul-
pitius: qui in causis orādis post. M. Tulliū primū optinuit locū
reprehēsus a. Q. Mutio: qđ ius non intelligeret: iuri operā de-
dit Sub Lucilio Balbo & Aquilio Gallo Seruius cū ī legatiōe pis-
set po. Ro. statuā ei pro rostris erexit: quæ hodie extat in foro
Augusti. reliqt cētū. lxxx. libros de iure ciuili. Seruii disciplina
manauerūt Alphēus Varus. C. Flavius. A. Ofilius Titius Cel-
sus Aufidius Cura aufidius Mamusa Flavius priscus: G. Arteius
Antistius Labeo p̄nus. P. Celsus. Libri digesti fuerūt ab Aufi-
dio Mamusa. Ex his Alphonus cōsul fuit & Ofilius. Eq. ordinis
q̄ edictū p̄toris diligēter primus cōposuit. Fuit eodē tempe, Tre-
batius Cor. Maximi auditor A. Casellius. Q. Mutius Volusi
auditor Quaestorius. cōsulatū enim renuit offerēte Augusto.
Ex his Trebatius perito casellius eloquētiōr: Ofilius utroq̄ do-
ctior. Deinde Elius Tubero. q̄ postq̄ accusauit. Q. Ligariū: nec
obtinuit apud. C. Cæsarem: a causis agēdis ad ius ciuile transiit
Cicero Ligariū defēdit oratiōe satis pulcherrimā. post hūc Atte-
ius Capito: qui cōsul, fuit Ofiliū imitator ānū sic diuisit ut Ro-
mæ. vi. mensibus cū studiosis esset: & totidē ī recessu ī cōscribē-
dis libris. iō reliqt uolumina. xl. Labeo ingenii q̄litate & fiducia
doctrīne. q̄ etiā p̄cæteris opā philosophiæ, dederat. plurima inuo-
care iſtituit. Arteio Capitoni Massurius Sabinus successit. La-
beoni Nerua: q̄ fuit Cæsari familiarissimus. Massurius Sabinus
eques Ro. publice prius scripsit. Hoc beneficiū a Tiberio Cæsa-
re dari cœpit. Nā ante tempora Augusti publice respōdendi ius a
principe nō dabatur. Sed q̄ fiduciā suorū studioꝝ hēbant consu-
lētibus respondebāt. neq̄ responsa utiq̄ signata dabant. Sed ple-
rūq̄ iudicibus ipsi scribebant. aut testabant q̄ illos consulebant
prius diuus Augustus ut maior iuris auctoritas haberet. consti

tuit ut ex auctoritate culus responderēt. & ex illo tempore peti
 hoc p beneficio cœpit. & ideo optimus p̄iceps Hadrianus cum
 ab eo uiri p̄torii peterent. ut sibi liceret r̄ndere. Respōdit eis hoc
 nō peti: sed p̄stari solere. & iō si quis fiduciam sui haberet. dele-
 ctari se populo ad r̄ndendum se p̄staret. Igitur Sabino cōcessum
 est a Tiberio Cæsare: ut populo r̄nderet. Cui cū amplæ faculta-
 tes nō essent. a suis auditoribus sustentatus est. Sabino successit
 Cassius longinus natus ex filia Tuberonis. quæ fuit neptis Ser-
 uii Sulpitii. is & consul fuit cū Cratino sub Tiberio. a quo pro-
 pter auctoritatē ciuitate pulsus fuit. & ab Imp. Vespasiano reuo-
 catus diē obiit. Neruæ successit Proculus fuit & eo tpe & Nerua
 alius. & alius Longius eques Ro. & p̄torius. Sed p̄culi auctori-
 tas maior fuit. nā & qui successere partim p̄culani. partim Cas-
 siani appellati sunt. q̄ origo Capitone & Labeone cœperat.
 Cassio Celius Sabinus successit. q̄ plurimū sub Vespasiano po-
 tuit. Proculo successit Pegasus q̄ sub Vespasiano p̄fectus urbis fu-
 it. Celio Sabino Priscus Iabolc̄us. Pegaso celsus celso patri. cel-
 sus filius. & Priscus Neratius. qui utriq̄ consules fuerunt. Iabde-
 no Prisco Eburnius Valēs. & Tusciāus. Itē & Salinus iulianus.

**Pomponii Lati de Sacerdotiis. & primo de prima religione
 apud Latinos.**

f. Aunus antiquissimus omniū regū in latio fuit. A bori-
 ginibus ip̄eravit. homines more ferrarum uiuētes in
 mitiorē uitā r̄degi tLucos sacrauit. locis & urbibus no-
 mina dedit ædificia erexit. templa edificauit. quæ iō
 a Fauno fana dicunt̄ q̄ pontifices sacrandō illic fan̄t. Faunus in
 latio cultū deorum instituisse ser̄t. Quidā scribunt ante Faunū
 imperasse Ianū. & cultū deorū demonstrasse. Fauni soror Fatua
 naticiat̄rix. ab ea nates Fatuarii dicuntur. hæc traditur mulierum
 castissima. ideo eā Romani bonam deam appellauere cuius tē-
 plū est in saxo Auentini montis unde ingressus uiroꝝ phibetur
 & ei fœmine tantū sacrificāt:

De Lupercis.

Vp̄calia sacrificia ad expiādos manes fiebāt. Græce Lycea
 dicta a p̄æ lycaeo numie arcadico. quē Romāi uocāt Iunū
 & idē putat̄ eē fauno. liceo sacrificat̄ i spelūca q̄ s̄ pallatio mōte
 ē Mēsis quo hec sacra fiūt Februariō a februādo. i. purgādo dī &

dies lupcaliorum februatā . Euāder ex Arcadia hoc solenne in
latium tulit : & instituisse fertur : ut nudī iuuenes lycæū pana ue
nerātes per lusum atq; lasciuiā currerent . hoc primū ludricū . i .
Lupercal Romū . accepit : dictū uidetur a Lyceo : quia lycos est : i
de Lupcal . Scribunt aliqui a lupa nutrice Romuli ac remi . Nam
ab eo loco solenne incipit ubi lupa lac uagieriti . præbuit : aut a ca
pris ut sit luere . i . purgare per capras . capræ in eo sacrificio ma
ctatur : aut q; pan lupos arceat . Traditur & alia causa quare nu
di lupci . Aut qd Faunus per uestes ab Hercule delusus fuerit : &
meminit Ouidius . Aut qd cæso Amulio Romu . ac Re . foeda
ri uultus sanguine nudatis gladiis & uestibus succincti ab alba usq;
ad sicū Riminalē cucurrerūt . Vnde seruaē in lupcalibus . nobi
les adolescentes faciē sanguine sibi foedant : & alii accurrunt cum
lana lacte madida tabum abstergētes . Aut q; cū Romu . in palæ
stra esset nudus latrones in secutus fuerit : & uotum pāni lycæo
fecerit . Sed ego uerius puto uel a Lycæo uel a lupa . Ideo Roma
ni in lupercalibus canē imolant : quoniā naturaliter canis lupus
aduersatur : ob qd Romulus lupæ nutrici gratias habere uidetur
Lupci tergora capris eripiunt : & succincti discurrunt circum anti
quū opidum . i . palatium . Occurrētes coriis uerberant . Fœmice
ultro obuiam occurrunt facilē partū sperantes .

De potitiis : & Pinariis .

Ictor Hercules cæso Gerione Chrysauro filio in eritra :
q̄ est insula oceani Hispāi abactō nitidaz boū armēto i
latium uenit . & prope tyberī loco herbido p̄cubuit : ut læto pa
bulo resiceret boues . Cacus latrōum p̄iceps eximias boues du
as caudis i speluncam traxit : Hercules sōno excitus lustrato gre
ge cum partem abesse numero sensit oīa circuit . aduersa uesti
gia comperit . confusus nouitate rei ex loco infesto aggere armē
tum cæpit . Cū actæ boues desiderio relictarū mugissent : reddi
ta fuit e spelunca uox : quæ Hercule cōuertit . iuenta fraude Ca
cū neci dedit . Cōcursus trepidantiū pastoz aduenā reū cædis fa
ciunt apud Euādrum : qui miraculo . litteraz inter rudes artium
hoies ea loca tum regebat . Is ituc̄s habitū formamq; uiri rogat
Qui uir esset . ubi nomen patrēq; ac patriā accepit : q̄ sic Car
mētis mater eius uaticinata fuerat extpalē arā Herculi erexit : Iu
uencū indomitū mactauit . inde seruatū est ut quot ānis romani

ouem indomitū Herculi imolēt. & Hercules epulū populo de
 t. sacrū fieri uoluit a potitiis & pinariis. quæ tum familie ma-
 imæ inclvta ea loca incolebant. forte euenit ut potitii præsto
 tent: hisq; exta apponerentur: & pinarii quia tardi fuere extis
 desis ad cæterā uenirent dapē. Potitii ab Euandro edocti anti-
 tites sacri eius diu fuerūt: postea cū interiissent empti de publi-
 co serui officium exercuerūt. ara ab Euandro erecta: cui Hercu-
 les decimas soluit maxima uocatur: & pxiā est foro boario: ubi
 ex uoto decimæ fiunt. tradunt qui uelit diues fieri Herculi deci-
 mas soluat: hinc opes. M. Luculli factæ memorantē & ipse Her-
 cules thesaurorū deus putatur.

De fratribus Arualibus: qui primū fuerūt filii Laurentiæ.

Massurius Sabi. qui tpe Augusti fuit. xii. suscepisse libe-
 ros Accæ Laurentiā scribit: ex quibus cū unū extulisset:
 grauitè indoluit Romulus: in demortui locū se dedit: & ita nu-
 tricem pientissime consolatus est. Ab hoc numero duodenario
 aruorū sacerdotes. xii. esse uoluit. & ut Plinius ait se inter libe-
 ros Accæ Laurentiæ fratrem duodecimū appellauit. Fratres ar-
 uales hi noiati sunt: q; sacra publica faciunt: ppter ea ut fruges fe-
 rant arua^a ferendo igitur & aruis: ut Varro scribit: frēs aruales
 dicti sunt. Laurētiam in eo sacerdotio dedisse Romulo spiceam
 coronā pro religiosissimo insigni: quæ uitta alba colligaretur &
 item Plinius^a ait.

De Auguribus.

Vgurandi ars antiquissima a chaldæis ad græcos apud
 quos Amphiaras: Mopsus: & Calchas sumi augures
 habiti sunt agræcis ad extruscos uenit: ab etruscis ad lati-
 nos: & ipse romanorū pater Romulus augur fuit: & iō instituit
 magistratus auguriis confirmari. & posterī nō nisi augurio iubē-
 te res incohabant. locus augurii templum erat. augur uersus ori-
 entē sedebat: capite uelato litū dextra tenens manu: idest curuū
 baculum: quō in cælo regiones diuidit: & q; augur a ueniūt præ-
 dicit si leua fuerint: qa aliena pte septentrio est felicia pñunciat:
 ps illa orbis pp altitudinē pspera putat: & a dextra pte meridies
 qa depressus ē infelix. Dionysius meminit antiquā auguradi ob-
 seruationē fuisse et aboriginū. Nā Ascanius prius q; aciē contra
 Mezētū educeret: augurū captauit: & ubi micare a sinistris sul-
 gur cōspexit: pugnauit: & uictor fuit: tātaq; ueneratio & utilitas

Inde fuit: ut collegiū augurū cōstitutū sit: & primū tres augures
fuere a tribus tribubus. sic instituisse Romulū tradit Dionysius
inde quattuor creati. Tandē plæbe p̄ tribunos id petēte: quinque
plæbei augures quattuor patritiis adiuncti fuere: & sic numerus
nouem augurū mansit. De Vestalibus.

V Estalem ignem cū peantibus Aeneas e troia in Latium
tulit: cōdito lauio Vestæ ædem sacrauit: postea Asca.
cōdita alba templū Vestæ ædificauit ī mōtis albanī p̄te
cui suberat lucus: in quo Ilia Romuli mater a Marte cōpressa fu
it. Vestæ ministræ uirginitatē seruabāt. Mos latinis fuit genero
sas & castas uirgines legi. post multos annos Romulus castissi
mas sacrorū cerimonias cōstituit. & ut Varro tradit: sacerdotes
Lx. qui publica sacra facerent. p̄ tribus & curias creauit a uirtute
& generis nobilitate. Inopes & aliqua p̄te corporis debiles sacer
dotes fieri uetuit. & in curiis singulis Vesta q̄dam cōis erat. Tē
plum Vestæ Romulus condidit: & uirgines legit. Sed frequens
opinio Numā pompiliū asserit. Credibile est Romulum: qui in
oibus curiis Vestā esse uoluit sepatim non posuisse. rotunda effi
gie templū est inter capitoliū & palatiū in eo seruabatur p̄petu
us ignis: quia Vesta nihil aliud est q̄ purus ignis. Sunt qui dicāt
alia q̄dam archana in eo templo seruari etiā pontificibus & uirgi
nibus ignota. Quidam duo dolia nō magna alterū clausum al
terū ap̄tū: in quo nihil ē. Quidā aiunt a uirginibus palladiū ser
uari cælo lapsum in troia. primæ uirgines a Numa electæ quat
tuor fuere: Gegania: Berenia: Camilla: Tarpeia. Duæ aliæ a
Seruio Tullo additæ. Castitas uirginibus terminata ē in. xxx.
ānos. x. primis discit uirgo. totidē ministra ē. in reliquis docet.
post. xxx. annos nubēdi prās rei sit. prima q̄ capta fuit Amata
traditur: iō cū capitur uirgo hoc nomē ei īponitur: capitur a p̄o
tifice nō minor annis. vi. & nō maior. x. & q̄ non sit patrima &
matrima: neue lingua sensu auriū diminuta: alia ue corporis labe:
neq̄ filia serui neq̄ eius qui domiciliū in italia non hēret. Vesta
lis si petulanter deliquisset: uerberabant̄ a pontifice. si incesta fuis
set: hoc mō poenas luebat. Vinc̄ta efferebant̄ in sandapila p̄ me
diū forū usq̄ ad portā collinā: ibi tumulus ī pudicarū uestaliū ī
ter muros iminet: in quo est p̄ua cauerna subterranea: ad quam
per foramē scalis descendit̄: in qua ē stratus lectulus: & lucerna
ardens, & panis lac oleū ne fame intereat. Deponit̄ hic uestalis

soluit̄ uinclis. capite uelato in suppliciū ducitur. pōtifex cū ar-
cana q̄dā pnūciauit. cum sacerdotibus terga uertit: & statim im-
pudica uestalis ī cauernā demittit̄: inde fossa tellure replet̄ usq̄
ad opculū. ea die silentiū & mœstitia in tota urbe est.

De Flaminiibus.

Ialem & martialē flāinem Romulus instituit: Numa q̄-
d riale addidit. Varro asserit Numā pōpiliū flamines sin-
gulis diis fecisse: & ab eis nomina dedisse: hic resp. ho-
minibus ī cælū relatis flāmies decreuit. Dicti aut̄ flāmies sūt ex
gestatiōe pileorū q̄si pileamīnes. Quidā aiūt ab infulis: quas flā-
me uocant. eorū ministri Flaminiū dicti: & mīstræ flāinule. Sed
rerū omnium sacrarū administri Camilli dicebant̄. flamines nō
poterāt nisi singuli singulis diis attribui: & nephas sine pileo erat
egredi domum.

De Saliis.

Alios. xii. Marti grauido legis Numa dicti a saltādo q̄d
f sacre incomycinis quot annis et solēt & debēt uersicolo-
ribus tunicis ornati per urbē tripudiant succincti æneis
baltheis. Togas sibilis nectunt: quas trabeas uocant. gestant in
capite pileos: quos uocant apices. gladio accingunt̄ dextra lan-
ceam aut uirgam ferūt: leuathratiā peltā. cælestia. sunt arma:
Ancile uocāt: idest circū excisum. id ferēt cælo lapsū in regiā
Numæ anno. viii. regni eius. Lege cautū erat ut Saliū liberi essēt
& indigene & quorū uterq̄ parens uiueret: & cuiuscūq̄ fortunæ
pauperes an diuites quidam Saliōs appellatos putant a uiro Sa-
mothrace seu mātineo nomine Saliō: q̄ saltationē in armis iue-
nit. Tradit̄ Tullus Hostilius duplicasse numerū Saliorū.

De Fecialibus: et Patre patrato.

F Etiales dicti q̄d fidei publice iter populos præerāt nā p hos
siebat ut iustū cōcipereē bellū: et ut fœdere fides pacis cō-
stitueret̄. eos instituisse dicit̄ Numa: cū indicēdū esset bellū fide-
natibus. hi mittebāt priusq̄ cōcipereē bellū ad res repetendas:
& si nō ipetrabāt bellū idicebāt. Fœcialiū unus qui patrē patra-
tum faciebat ex ipsis fœcialibus electum sacris uestibus ornatus
ad auctores iniuriarum pcedebat. priusq̄ urbem intraret: Iani-
torē uel alium qui obuiam fuisset alloquebatur quibusdā impre-
cationibus: idē in forū pgit: illic differit qua cā uenerit r̄ps ad cō-
sultandum dat. xxx. dierum si p hos dies res infecta maneret:

diis cælestibus manibusq; inuocatis abit. & ad senatum refert:
& ubi in senatu q; iustum piūq; esse actum erat fecialis bellum
indicebat. fecialiū sacra nefas uiolare erat nā Fabius cū ea uiolaf
set: urbs. Ro. a Gallis senonibus euerfa fuit. Dicūtur fœciales a
fœdere faciēdo seu feriēdo. Pater patratus a patrādo idest santiē
do fœdere: quidā a fœcialibus creabat̄ qui tantum i fœdere san
tiendo præerat ut quidam scribunt:

De Pontificibus.

Pontifices e patribus legit Numa, & ex iis pontificē maxi
mū fecit Martium Martii. F. & ipsius Numæ generū: cu
ius scitis omnia publica priuataq; sacra subiecit: ut esset quo con
sultū plæbes ueniret & idem nec cælestes modo cerimonias. sed
& iusta funebria & prodigia quomodo susciperentur. & curaren
tur defuncto pontifice max. alius eligebatur nō a populo sed ab
ipsis pontificibus Appellati sunt: ut Varro scribit. & Dionysius
a ponte sublitio. quē resiciebāt. quare uident̄ a Numa nō pōtifi
ces sed sacerdotū p̄cipes noiati. & idē regnāte Anco. Mar. qn̄
sublitius pōs factus fuit a pōte pontifices appellati. & ideo sacra
ab eis trans Tiberim non mediocritu ad pontem fiunt. Sceuo
la pon. max. dicebat pontifices dici a posse & facere. Quidam
scribunt ab eo q; potentia sacra perficiant.

De Rege Sacrificulo.

Ostquam Romani iam liberi extincto regio nomine
p consules crearunt: necubi desiderium regis esset propter q̄
dam sacra publica quæ reges faciebant: Regem sacrifi
culum constituerunt. & e patribus elegerunt. C. Manium Papy
rium. & id sacerdotium pontifici subiecere. ne nouæ libertati ad
ditus nomini honos officeret. is Papyrius quietis studiosissi
mus fuit. idē fuisse memoratur qui leges Numæ ab Anco Mar
tio in tabulis quernis inscriptas rursus in publicum traduxit.

De Gallis matris deum.

Gallis sacerdotes Cibelis matris deū sunt & seminares
idest castrati: ab eo q; dea puerum phrygium amauit
Atym: cui præcepisse dicitur ne concumberet. ille cum
Pagaratide nympha coiuit sub arbore. Cybele excisa arbore ui
cta est. puer ad dindyma aufugit & uiriliter sibi aputauit: ideo
Gybele castratos sacerdotes hère mauult. Acto bello punico

9

Romam ē deportatus ē sacer laps: quem matrē deum incolae dicebant: per legatos tres. M. Valeriū. L. Eminium. & C. Ciliū Galbā: & quæstores duos Cn. Tremelliū Flaccū: & M. Valeriū Falconē receptaq; fuit dea romæ a sapientissimo hoīe P. Scipione Nasica qui a senatu in tota ciuitate uir optimus iudicatus fuit: & qd̄ magis admirabile ē adolescens erat. galli dicti sunt a Gallo flumine phrygiæ. testes samia resta sibi amputant. Rhea noīatur Cybele a monte Cybelo: q̄ est pars montis dindymi.

De Duūuiris & .x. uiris sacrorū.

Vuuirī a Tarquinio supbo instituti fuerūt: qui soli inspicerēt libros Sibyllinos: deinde cum plæbes creari ex suis instaret ex plæbeis patritii creati .x. & inde .xv. q̄ libros inspicerent: sic & duūuiris ad .x. uiros & .xv. uiros res uenit: & aliquando data cura corrigendorū fastorū fuit. Hi februarium qui ultimus erat post Ianuarium posuerunt.

De Epulonibus.

Veteres pontifices (ut ait Cicero) ppter multitudinē sacrificiorū tres epulones esse uoluerunt: ut ludorū epulare sacrificiū facerent. id sacerdotiū antiquū fuisse cōstat. sed de ætate nōdum legimus. numerus auctus fuit. Duo additi: & quinque fere epulones: & postea theatrialiū ludorū atq; circēsiū ambitioē septem fuisse Epulones leguntur.

De Titiiis Sodalibus.

Sodales Titii sacerdotes extra urbē habitabāt: & in tuguriis certa auguria seruabāt: qm̄ ad id deputati a pontificibus erāt. nomen inditum est ab auibus.

Pomponii lati de legibus libellus.

Ius pluribus modis dī. Naturale qd̄ ē cōe oībus aīalibus: Ius gentiū quo gentes hūanæ utūtur: Ius ciuile qd̄ ex legibus plebiscitis: senatuscōsultis: decretis principū: & auctoritate prudētū uenit. Ius publicū ī sacerdotibus & Magistratibus cōsistit Ius priuatū ad singulorū utilitatē. Ius ē dī locus in quo ius reddiē ut meniinit Paulus de lege & de legis origie. lex ut chrisip. diffinit ē diuinarū & humanarū rerū notitia lex dī rogatio & obnunciatio. Lex donū ē dei: dogma hoīum sapiētū: cōertio uolūtatis. Legis uirtus ē ipare: uctare pūire: pmittere. Lex est æternū quoddā. qd̄ uniuersum mundū regit impandi phibēdiq; sapientia. ex hac lege lex nostra ē rō mēsq; sapiētis equalis.

dei est lex: constatq; ad salutē ciuiū ciuitatūq; incolumitatē: ui-
tāq; oīum quietā & beatā. Igitur ubi lex non ē: quies & beatitu-
do non ē. & apud illos antiquissimos mos sapientū lex erat: id
erat qm̄ antiq̄tas proxime accedebat ad deū. Lex magistratibus
præest. & magistratus populo. Optime putat Cicero magistra-
tum esse legē loquentē. Imperādi & obtempandi modus debet
esse. Nam & q̄ bene īperauerit: aliq̄n obtēperet necesse est. & ip-
si mortales non solū obtempare & obedire magistratibus debēt
sed eos colere: atq; diligere. Potestas ē facultas a populo seu prī-
cipe publi. data. Magistratus dici cœptus est cū a populo creatus
fuit magister populi idest dictator. Prima fertur Ceres dedisse le-
ges mortalibus: postea ipsi sapientes. Phoroneus argiuis dedit.
Moyses cælo: lapsas hebræis: egiptiis Mercurius: Draco & So-
lon Atheniensibus: Minos cretensibus: Lycurgus Lacedæmo-
niis: Turiis Charondas: Romanis Romulus.

Lia & fusia lege resistebatur perniciosis legibus in ciuita-
te: quæ iō erant ppugnacula & muri ocii & trāquillitatis
Sed Clodius. tr. pl. L. pisone: & A. Gabino cos. iiii. leges tulit
ex iis sc̄da fuit: neq; per eos dies qbus cū populo agi liceret: de
cælo seruaret: & quarta cauebatur: nequem cēsores in senatu le-
gendo p̄terirent: ne ue quē ignominia afficerent: nisi q̄ apud eos
accusatos & utriusq; censoris sn̄ia dānatus esset: ac lege diminu-
ta est censura: q̄ est magistra uitæ & modestiæ.

Aurelia lege cōmunicata sunt iudicia senatui eq̄tibusq; ro. &
tribunis arariis: eā tulit Aurelius Corra p̄tor.

De lege Acilia Manius Acilius Glabrio legē tulit de pecuniis
repetūdis: in qua ne cōpendinari quidē reum sinit. L. Piso prius
tulit legē d̄ pecūiis repetūdis. De Annonia lege Clo. Tr. pl.

De Annona legē tulit ut frumentū qd̄ antea senis æris ac triē-
tibus in singulos modios dabatur: gratis daretur. De Anna-
ria lege ea lex ānorū modū sinit: qbus magratus capiēdi ptās sit

De Aterma lege Hæc lex cū mos priscus fuisset irrogandæ
multæ per magistratus ouis aut bouis nomine ouis ære dco bos
ære cēreno diffiniuit. De aquilia: L.

Quilia Lex ab Aglio lata de dolo malo de fraude de de-
ceptione de similitate. Cincius legem tulit qua cauetur
antiquitus nequis ob causam orandā domū pecuniā ut accipet.

Calpurnia lege pecuniaria pena inter alias poenas adiecta fuit
 L. Calpurnius piso eam tulit. Cornelia lege cauetur nequis
 legatis exterrarum nationum pecuniam expensam ferret. A. Corne-
 lius cos. tulit & idem aliam tulit: Nequis in senatu legibus soluere
 tur: nisi ducenti affuissent: neque cum solutus esset intercederet: cum
 ea de re ad populum ferret. Tulit idem Cornelius ut praetores edictis
 suis ius dicerent. lex est a Cornelio quodam lata ut homines qui par-
 ricidii causa telo accincti sint: gladio persequantur.

A Cassio Longino lex lata est cassia: qua populus per tabel-
 lam suffragia ferret.

C. Mario. C. Flaeco cos. alia ab eodem lata: ut ille quem populus
 damnasset: cui uel impium abrogasset: in senatu non esset.

Fabia lex a Fabio lata: aqua adiecta pena est illis qui deducunt
 & sectantur candidatos in comitia.

Frumentaria lex a Sempronio Graccho lata est: quae frumentum
 e publico distribueretur Po. Ro.

Lege falcidia a falcidio lata cauetur ne plus dodrante legare li-
 ceret propterea quod multi hereditatem recusabant.

Flavius legem tulit de plagariis. Cum qui dolo seruum aut pecus
 a domino & filium a patre subtrahit. Gabinius legem tulit qua bellum
 Cn. Pompeio magno contra piratas datum est contra. C. Trebelli
 Tr. pl. intercessio est. Iunius Siluius cos. cum Q. Cecilio Metello
 legem tulit bello cimbrico: quod diu praeue & infeliciter gestum est pro
 diminuta militiae stipendia.

Iulia lege puniuntur adulteri. idem Iulius Caesar legem tulit de pe-
 culatu in eos qui rem publicam uel sacra furati sunt: uel furatibus auxiliati
 sint: uel furta scientes susceperunt. Cum adolescentes in contracti-
 bus circumueniri solerent. Q. Lectorius poenam de praetoribus adiecit.

P. Licinius Crassus orator & Q. Mutius Scaeuola pon. max
 legem tulerunt de regulis civibus ut in suam quaeque ius ciuitatis redigerent.

Cum multi Itali cupiditate ciuitatis Romae tenerentur L.

Manilius legem tulit ut quae res a nobilibus aduersae gestae fuerant
 illi ad magistratus gerendos admitterent. quorum maiores in Romana
 republica magistratum non exercuissent. huiusmodi autem noui appellati

Otho. Tr. pl. legem tulit nequis cum ordine equi in specta-
 culis sederet. nisi sestertia quadraginta possideret. quod si con-
 tingeret: quisquis esset siue ingenuus siue libertus inter equites

spectare liceret in gradu. xliii. M. oppius legem tulit ne super
fluo ornatu mulieres romanæ utarentur: neue pilentis idest rhe
dis pensilibus uterentur: neue plus uncia i auribus appenderet.

Q. Hirtensius legem tulit ut eo iure quo populus statuisset:
& omnes quirites tenerentur.

C. Pompeius Strabo lata lege ueteribus incolis trãspadanis:
ius latii dedit: quod cæteræ coloniæ latine habebant: ut peten
di magistratus & ciuitatis ro. ius adipiscerentur.

Cn. Pompeius magnus legem tulit ut quæstor suffragio po
puli ex his qui consules fuerant crearetur. idem Pompeius legem
tulit: q̄ asperrima poena parricidas afficit. Si quis parentis filii sa
ra p̄parauerit: clam & palã insutus culeo cū cane & gallo gallina
ceo: & uipera: & simia in mare aut in flumen proiceretur.

Lege Papia phibentur peregrini uti urbe ro. M. Plocius Sil.
Tr. pl. Cn. Pompeio Strabõe & L. portio Catone coff. legem
tulit ut singulæ tribus qui nos denos ex eo numero suffragio cre
arent: qui eo anno iudicarent. L. Rosius Otho. cos. legem tulit
ut in theatro equitibus. ro. ordines. xxliii. spectãdi grã darẽtur.

Satvra lex est q̄ uno rogatu multa & uaria comprehendit.

P. Scãrius legem tulit q̄ puerorũ cõcubito res graui supplicio
afficiũtur. Lege tutelari cauetur: neq̄ tutor per simulationem
pupillũ fraudet. Q. Varius Tr. pl. legem tulit ut quereretur
de his: quorum ope consilio socii po. ro. aema sumpsissent.

Voconius legem tulit nequis census hoc est pecuniosus hære
dem unicam relinqueret filiã. erat aut census ille qui. C. milia i
p̄fessioe detulisset. Valerius Publicola legem tulit: ut nulli ma
gistratui liceret corpus romani ciuis indicta causa condemnare
liceretq̄ damnatis ad populum prouocare. Hæc habui. M.

Pantagathe q̄ de magistratibus: & sacerdotiis: & legibus cõ
pendiose scriberẽ. ut ex eo cõpendio aliqua ad nostros utilitas p
ueniat. & ita depinxisse opinor: ut ante oculos uelut i tabella po
suerim. Scribant alii diffusius. Põponio satis e placere suis. Va:

F I N I S

Pomponii Læti de Romanorũ Magistratibus, Sacerdotiis, Iu
ris, peritis & Legibus Ad Pantagathũ.